





171410  
10e

Q. D. B. V.  
DISSERTATIONE IN AVGVRALI  
Differentias iuris  
Romani & Germanici  
IN  
**SVCCESIONE CONIVGV M**  
ET  
**DISSORTIVM LIBERORVM,**  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,  
**CAROLO,**  
PRINCIP E PORVSSIAE, CETERA,  
IN FRIDERICIANA,  
PRAESIDE  
**D. IOANNE PETRO LVDEWIG, ICTO,**  
REGI A CVRIALIBVS CONSILIIS, PROFESSORE IVRIVM ET  
HISTORIARVM ATQUE MAGDEBURGICI TABVLARII ARCHIVARIO.  
**PRO DOCTORIS PRIVILEGIO,**  
RITE CONSEQUENDO,  
RESPONDEBIT  
**IOANNES WILHELMVS BLECHEN,**  
ALTERA WESTPHALVS.  
DIE IV. MENSIS OCTOBR. C<sup>o</sup> 1000XIV.  
HALAE MAGDEBURGICAE,  
TYPIS EMANVELIS SCHNEIDERI, ACAD. TYPOGR.  
Recusa C<sup>o</sup> 1000 XLVII.

(9)

DIGESTA  
SOCIETATIS

ROTENTUS & GÖTTSCHEI

CONFIDENCE

CONFIDENCE

DIGESTA  
FREIBURG

CONFIDENCE

DIGESTA  
CONFIDENCE

CONFIDENCE

CONFIDENCE

DIGESTA  
CONFIDENCE

DIGESTA  
CONFIDENCE

DIGESTA  
CONFIDENCE

ILLVSTRISSIMO S. R. I. COMITI  
AC DOMINO,

**MAVRIT. CASIMIRO,**  
S. R. I. COMITI IN

**BENTHEIM,**

TECKLENBURG, STEINFURT  
ET LIMBURG: DOMINO IN RHEDA,  
WEVELINGHOVEN, HOYA, ALPEN,  
HELFENSTEIN: ADVOCATO HE-  
REDITARIO COLONIENSI,  
CETERA,

*DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,*

D. D. D.

*ILLVSTRISSIME S. R. I. COMES,  
DOMINE CLEMENTISSIME,*



A PATRIS TVI, memoriae  
inter principes & comites  
imperii Germanici gloriosae  
ac immortalis, in genitorem  
meum sunt merita, ut veniam mihi omnino  
a TE pollicear, DOMINE CLEMENTISSIME, quod  
opusculo huic fulgentissimum nomen tu-  
um praeposui, horum beneficiorum & cli-  
entelae

entelae heres, qua GENTI TVAE nos aeternum  
obstrictos fentimus. IPSE enim principio  
parentis mei in auris arte usque vires, si  
quae sunt, in *orandis causis* explorauit; mox  
voluit, ut ei esset a *consiliis*; demum iudi-  
cio curiali, quod Limburgi habetis, eum  
praefecit *rectorem*. Ita a primis munerum ci-  
uilium gradibus eundem traduxisti ad su-  
prenum, in quo etiam nunc persistit. Mor-  
tuuo certe heroë gloriofissimo, illustrissima  
vidua, CHRISTIANA MARIA, a LIPPIANIS comiti-  
bus oriunda, continuauit gratiam, quam  
noluit cum obitu mariti emori & interire.  
Ex quo enim, TUTORIO nomine, guber-  
nacula tenet publicae rei vestræ: ILLA  
non solum patrem meum in pristina spar-  
ta reliquit, sed etiam multis adauxit no-  
uis generibus benevolentiae. Erigor ita-  
que ad hanc spem, fore, ut indulgentiam,  
qua parentem meum fouisti, etiam in  
me continuetis, si non virium statim pa-  
ternarum, obsequii tamen fideique, vobis  
pro-

probandae, heredem. Sexennium est, ex quo, iuris prudentiae discendae ergo, me contuli in Academias, primo *Colonensem*, deinde *Ienensem*, post in *Fridericianam*, ut cursum, quem in primis incepi, absoluerem in ultima. Visum est illustri Iureconsultorum ordini, ut, post examina, quibus me in iuris studio subieci, in forensum controuersiarum prodirem inauguralem arenam. Elegi hoc fine argumentum, quod non in legibus tantum Latii versatur; sed etiam in quotidiano curiarum Westphaliae nostrae usu. Ceterum, ut praecipuo mihi in studiis meis loco posui, quo meliorem me patriae redderem, dignum olim TVA, DOMINE, indulgentia: ita precibus meis a supremo NVMINE contendeo, ut in virtutis & gloriae auitae studiis doctrinisq.; DOMINE CLEMENTISSIME, efflorescas atque gentis TVAE, in Germaniae comitibus primariae, illustrissima maiorum TVORVM nomina adaeques, aut superes,

DEO

DEO DVCE, gloriamque eorum multis numeris ad augeas. Inter comites Germaniae vniuersae, paucos reperimus, qui TVAM gentem, si uetus statem illius, si gloriam rerum gestarum, si fœderum, maxime conubialium dignitatem, si alia plura cogitamus illustrium familiarum lumina, possit aequare. Numerauit maiores TVOS inter proceres primi ordinis in Germania aeuo iam Carolingorum Hachenbergius. Qua origine maiorem non habet Germanicum imperium. Deinde in TVA non solum gente uxores offendimus maximorum Europæ principum: sed, qui callet TVAE domus historiam, illum fugere non potest, quod maiores TVI a sanguine oriundi sint comitum PALATINORVM & HOLLANDIAE principum potentissimorum, quorum memoriam in comitibus BENTHEIMENSIBVS, ceu posteris indubiis, supereffe scimus etiam nunc. Et, si iuribus gentilitiis respondif- sent fortunae, haud dubie in nominibus ti- tulisque

tulisque VESTRIS numeri essent plures lon-  
geque ampliores. Sed habent sua fatagen-  
tes dandumque est hoc aeterni numinis  
prudentiae, in cuius rationibus euentis-  
que est acquisendum. Sunt tamen haec,  
quae excitare non solum possunt & acue-  
re virtutem TVAM excelsique ingenii TVI  
uim: sed iubent etiam spem habere certis-  
simam, fieri posse, ut, quæ olim tempora  
VESTRIS parum prospera fuerunt, in poste-  
rum sint æquiora & rependant, quæ de-  
sideratis, cum inuidendis auctibus & in-  
crementis. Haec uota nuncupat

*Illustrisimo momini tuo*

HALAE VENEDOR.  
PRIDIE CALENDAR.  
MENSIS OCTOBRIS.  
ANNO CICCCXIV.

obsequio cultuque

addictissimus humillimusque cliens

IOAN. WILHELM. BLECHEN,  
ALTENA WESTPHALVS

DISSERTATIO INAVGVRALIS,  
DE  
**SUCCESSIONE LIBERORVM**  
EX MATRIMONIIS DIVERSIS,  
zusammen gebrachter Kinder,  
ET VSV CVRIARVM WESTPHALIAE.

CAP. I.

de SUCCESSIONIS  
definitione atque diuisione.

§. I.



Vccessio est vel personarum vel re- Successio  
rum. Hec est, quando res succe- 1) rerum.  
dit in locum rei, uti dicere sole-  
mus, quod in uniuersalibus pre-  
mium succedat in locum rei, vel res  
in locum pretii, L. 22 ff. de heredit.  
petit. L. 70. in fine ibique BRVNNE.  
num. 6. ff. de leg. 2., secus tamen ac in  
singularibus, ubi pretium in locum  
rei non succedere dicitur. STRYK. in quæst. feud. quæst. 26.  
de feud. Impropr. vid. Barbosa locupl. l. 6. 14. cap. 97. ax. 6. &  
argum. §. 6. Inst. de legat. Illa est, quando persona intrat 2) persona-  
in locum & jus alterius, cap. 46. de R. J. in 610, quæ ite-  
rum diuiditur in uniuersalem, & singularē & dicitur a) singularis,  
hæc, quando quis titulo singulari in locum & jus alte-  
rius intrat, v. g. titulo emptionis, donationis, legati &c.  
l. 5. ff. pro empore. Quæ successio est & manet singularis,  
licet uniuersitas, v. g. hereditas per eam transferatur.  
Hinc non transfert onera personæ, l. 2. Cod. de heredit.  
vendit. sed bene onera ipsi rei inhærentia, arg. princ. J. de  
usufr. Quia non repræsentat successor ex tali titulo per-

A

sonam

sonam auctoris sui, quemadmodum in successione universalis fieri afolet. Ad hanc successionis singularis speciem etiam referri potest ea, quæ sit per electionem, in casibus, ubi onera & commoda honori collato cohaerentia in successorem deriuari dicuntur. Licet enim successor hic in munere non teneatur soluere debita prædecessoris sui, nisi ad id se obligauerit, illud tamen, quod in officii utilitatem impensum & pro regiminis necessitate atque incremento seu ad usum publicum contraatum, præstare tenetur PERETZ ad titul. Cod. de decur. n. 14. § 15. HAHN. ad Wesemb. de Constitut. Princip. n. 2. ver b. Princeps successor; uti & debita a prædecessore non exacta exigere l. 3. ibique BRVNNEM. n. 5. cod. de susceptor. Quemadmodum in aliis etiam commodum sentit. Et in specie illud, quod principi legatum, eo ante diem cedentem defuncto, successor ex ratione, quod magis id dignitati, quam personæ relictum esse censeatur, deberi, docet text. in l. 56. ibique BRVNMEM. ff. de leg. 2, ubi idem esse tradit n. 2. si priuato sub nomine dignitatis quid legatum sit.

b) uniuersalis  
successio.

§. 2. Illa se. Successio uniuersalis est, quando quis succedit alteri titulo uniuersali, v. g. institutionis testamentiæ vel ab intestato vel per arrogationem. Et describi potest, quod sit transitio in uniuersum jus alterius, in ff. de divers tempor. præscripti, ubi successor omnia onera & commoda personæ defuncti inhærentia in se transfert & illum ita repræsentat, atque si ille ipse esset, in cuius locum successisset, v. g. defunctum ita hæres repræsentat, ac si in ipso viueret defunctus, ut non errare mihi videar, si dicam heres est defunctus iuris fictione idem operante, quod præstare solet veritas.

§. 3. Iu-

§. 3. Iure Romano successio hæc uniuersalis non poterat quibuslibet modis fieri, sed publicis legibus certi & solennes modi erant constituti deferendæ & ea, quod ne-adimendæ hereditatis. Tales erant testamentaria dispositio<sup>Quæ Germanico iure sit etiam per partem apud Romanos,</sup> & successio ab intestato, quos transgredi non licet, L. 88. ff. de pacl. & l. 27. ff. de R. f. Hinc pacis de futura successione viuenis regulariter non licet disponere, ut pote quæ haberent votum captandæ & parandæ mortis, l. 25. si majores C. de transact. & liberi non essent pactonibus a reuerentia & obsequiis parentibus debitibus revocandi, quod per ejusmodi pacta fieret, quibus liberi futuræ successioni renunciassent. Quapropter compilatores juris Romani pacta hæc contra bonos mores adeoque illicita esse arbitrati sunt, l. 61. stipulatio ff. de V.O. Sed quia votum illud non ex pacto ipso proficisci solet, sed per accidens & ex hominum malevolentia, nostris moribus a iure hoc Romano recessum & usu atque consuetudine, reipublicæ coæua, receptum est, ut patetis quoque hereditas detur & acquiratur. Quæ successio extraordinaria & anomala dicitur & tertium genus heredum constituit, qui conuentionales vocantur, COTHM. vol. 4. resp. 44. num. 37. & seqq. STRVV. Syntagm. Iur. Civ. exercit. 38. th. 47. ibique MULLER. in not. STRYK. de Cau-tel. Contract. scđ. 3. c. 8. §. 26. in ration. decid. & in resp. ad rat. dubit. 3. ibique exitat HAHN. ad Wesema. de heredit. petit. n. 3. & dissert. de jure rerum concl. 26. VINN. de pacl. cap. 19. n. 3. GROENEWEG. de legib. abrog. ad tit. Cod. de pacl. num. 3. & 4. MVSCVL. de success. anomal. membr. 1. class. 1. conclus. 3. n. 38. Atque hæc pacta siue acquistitua siue renunciatiua siue conseruatiua & dispositiua sint, moribus Germaniæ a multis sæculis inualuisse, adeo certum esse tradunt, vt

ei, qui contra hæc scholastice disputat, ignoscendum & condolendum potius esse velint, quam quæ quotidiana sunt, non didicerit, & ius fori, in quo versatur, ignoret STRYK. de success. ab int̄st. diff. 8. cap. 12. §. 36. post COTHM. ibidem citatum, item d. diff. 8. cap. 1. §. 5. ubi dicit, pacta hæc successoria de viventium hæreditate Germanos ante jus Romanum, in Germaniæ tribunalibus introductum celebrasse, eaque etiam post illa tempora vim suam retinuisse atque hodie non obstante iuris Romani dispositione frequentari, iisque hæreditates quotidie deferri. vid. quoque idem in usu modern. pandet. cir. de paci. §. 13. & seqq. Sed fatis de synomonia definitione, & diuisione successionis.

## CAP. II. de LIBERORVM definitione ac diuisione.

§. I.

**L**iberorum nomine continentur non tantum filii & filiæ, sed etiam nepotes, neptes & consequenter reliqui descendentes l. 220. ff. de V. S. §. ulti. In fit. quib. testam. tutor. etiam Posthumi l. 5. ff. de oper. l. 16. l. t. §. fin. ff. de leg. præf. Qui omnes aut legitimi & naturales simul sunt, aut legitimi tantum aut naturales tantum aut denique legitimai. Legitimi & naturales dicuntur, qui ex justis nuptiis procreantur. princ. J. de pair. potest. & sunt vel in patria potestate constituti vel emancipati. Cui emancipationi hodie comparari solet multis in locis recepta liberorum separatio, die absonderung oder absnung der Kinder, quando liberi, certa honorum parte

Diuiso I.  
a) legitimi &  
naturales

Loco emanci-  
patorum  
die Absonde-  
nung.

te constituta, ab ulteriori successione parentum exclu-  
duntur, SRTYK. in usu modern. pand. tit. de adopt. §. 25. le-  
gitimi tantum sunt *adoptiui*, quos non natura imme-  
diat liberos facit, sed lex, quæ naturam imitatur, l. i.  
§. 1. & l. 43. ff. de adopt. l. 23. ff. de lib. & poss. hæred. inslit.  
iique iterum duplicit generis adoptiui in specie ita dicti  
& arrogati, l. i. & tot. ff. & insl. de adopt. iisque hodie non Loco adoptio-  
omnino dissimiles liberi per parificationem seu unio- nis die ein-  
nem prolium assumpti, quam modernis moribus in lo- fündschafft.  
cum adoptionis successisse afferunt, GAIL. lib. 2. observ.  
125. WEHNERI observ. practic. voc. Einföndschafft. Quan-  
quam adoptionum iura in toto ab usu non recessisse  
testetur STRYK. in usu mod. pandect. tit. de adopt. §. 1.  
& seqq. Et licet per liberos *naturales*, quotiescunque  
adoptiui in specie opponuntur, intelligantur illi, qui c) *naturales*  
ex iusto matrimonio sunt nati, princ. Insf. ibique HOPP.  
in Comm. insl. de adopt. alio tamen in sensu *naturales* le-  
gitimis in genere oppositi dicuntur illi, qui ex concu-  
bina nati, & in genere etiam spurii atque omnes, qui  
ex legitimo matrimonio nati non sunt. MEYER. in Colleg.  
Arg. lib. 25. tit. 7. th. 7. BRVNNEM. ad l. 23. ff. de stat. hom.  
STRVV. Syntagm. iur. ciu. exercit. 3. th. 47. Denique legitimi d) legitimari,  
mati dicuntur, quando liberi hi *naturales* fiunt legitimi  
vel per subsequens matrimonium vel per rescriptum  
principis vel per oblationem curiæ, qui tamen ulti-  
mus modus in republica nostra non obtinet, STRVV.  
d. loc. th. 46. & seqq.

§. 2. Porro liberi *naturales* & legitimi sunt vel ex DIVISIO II.  
eodem matrimonio nati seu fratres & sorores ex utro-  
que parente coniuncti coniunctæve, quos vulgo ger-  
manos Brüder und Geschwister von voller gebuhrt  
liberi ex ma-  
trrimonio  
codem von  
voller geburt  
Geschwistern

der beyden banden appellant: aut sunt nati ex diuersis matrimonii seu non utrimque coniuncti, sed vel per unum duntaxat parentem scilicet vel per patrem, qui consanguinei, vel per matrem, qui uterini vocantur: vulgo Halb-Brüder, Halb-Schwester, Stieff-Brüder, Stieff-Schwester BESOLD. in thes. practic. voc. geschwistre. De quorum liberorum ex diuersis matrimonii procreatorum successione ipsa iam videndum. Hæc enim, ut supra iam modo attigimus, defertur vel mediate per factum hominis ejusdemque dispositionem, ex conventione aut testamento seu ultima voluntate dependentem vel immediate a lege, quae proinde legitima in specie dicitur. Ita tamen ut, deficiente successione testamentaria seu pactis, non inde statim sequatur, quod præcise ad ordinem successonis legibus *civilibus* præscriptam sit recurrendum, sed, uti in aliarum causarum decisionibus usu venit, primum ad *consuetudinem* seu *statuta loci*, post ad *constitutiones provinciae* & demum ad iura imperii respici debeat, licet interim *consuetudinaria* illa vel *statutaria* successio ad legitimam quoque pertinere dicatur, STRYK. de *success.* ab *intest.* diff. I. cap. I. §. 19.

### CAP. III. de successione liberorum uniuersim.

#### §. I.

*Liberorum  
succes-  
sio na-  
turalis.*

In genere autem deliberis sciendum, quod si ex naturali ratione quasi ex lege quadam tacita succedant, MULLER ad Siruv. Synt. iur. civ. exerc. 32. th. 25. lit. A. seu quod illos naturæ simul & parentum commune votum ad

ad successionem vocare dicatur, ut habet textus in l. 7. in fin. ff. si tab. testam. null. ext. ipso etiam S. Apostolo in epistola ad Rom. 8. v. 7. ita concludente, *Si filius est, ergo & haeres, ita tamen*, ut licet hi plane etiam in vita parentum rerum paternarum quodammodo domini existimantur §. 2. l. de heredit. qualit. & differentia, non tamen exinde libera parentibus super rebus suis disponendi & testandi facultas adempta sit, dummodo liberis legitima ab intestato debita relinquatur. Circa quam ingens doctorum conflictus est; an ea statuto vel consuetudine prorsus tolli aut saltem animi possit? quo de videri possunt, GAI. lib. 2. obs. 122. FACHINEVS lib. 4. controu. iur. cap. 32 HARPR. ad §. ult. I. de inoffic. testam. n. 36. & seqq. Vbi multos authores in utramque partem citat Et licet propter naturalem causam illa debeatur, non tamen idcirco eam iuris naturalis esse, sed ciuilis, ideoque non solum mutari & minui; sed & alio iure ciuali tolli & funditus eradicari posse, verius puto cum BEREZIO ad tit. Cod. de in off. testam. num. fin. ZOESIO ad dict. tit. ff. n. 109. & aliis ad Cod. eod. tit. quest. 13. ab HARPRECHTO dicto loc. citatis. Quia scilicet est legitima, non qua virtus subficia aut alimenta necessaria continet, siquidem hoc casu obligatio naturalis subest, quae est immutabilis, STRYK. de success. ab intest. differt i cap. i §. 13. Dn. PRAES. in Trebeliana exule c. 4. §. 5. ubi etiam varios tam exterorum, quam propinquorum mores allegat.

§. 2. Quemadmodum autem haeredis institutio est vel prima vel secunda, siue secundi gradus, quae in specie dicitur substitutio LAVTERBACHII. ff. de vulgar. & pupill. subst. in princ. & est vel directa vel obliqua. Directa iterum vel vulgaris vel pupillaris vel exemplaris siue qua-

*est tamen post  
titui iuris co-  
rundem legi-  
sima.*

*Hereditis insti-  
tutiones sunt  
multiplices.*

si pupillaris, vel militaris, de quibus videri possunt Dd. ad dict. tit. ff. de cod. & substit. ita de quæstionibus, quæ circa subiectam nostram materiam in una vel alia specie exsurgunt, primo loco agendum erit.

## CAP. IV.

de successione fratrum  
unilateralium sigillatim.

## §. I.

Fratribus insitutis num intelligantur germani exclusi confanguineis & uterinis?

**A**tque ita licet consanguinei & uterini veri quoque & proprie dicti sint fratres, negari tamen non potest, quin in casu, ubi quis fratres suos simplificet: haeredes instituit, vel in partem bonorum vocavit, regulariter &, nisi aliunde de alia mente constet, tantum germani instituti esse intelligentur, RICK. de union. prol. cap. 7. num. 33. & quod proximioribus ex latere vocatis fratres utrimque coniuncti consanguineos & uterinos excludant, RICHTER de success. ab intell. sec. 3. membr. 1. num. 3. post multos ibidem citatos, siquidem testator voluntatem suam secundum ius commune conformasse censetur & paritas gradus non semper paritatem succedendi inducit, sed paritas iuris & vinculi naturalis, quæ radix est successionum, RICH. dict. loc. n. seqq. 35. in fratribus autem germanis duplex vinculum est, quod potius debet esse eo, qui unico tantum iure gaudet, §. 2. I. de adopt. leg. pen. v. Si vero pater naturalis Cod. eod. leg. 89. de leg. 3. RICHTER dict. loc. Cui accedit, quod testator magis germanos, quam ex uno tantum latere iunctos fratres dilexisse presumatur, unde etiam legatum fratribus suis simpliciter relictum, tantum germanis relictum censeatur, secundum Paul de CASTRO in leg. fin. n. 6. Cod. de V. S. & Di-

& Didac Roderic. ALVARAD. tract. de coniunctus. ment. defunct.  
lib. 1. n. 29. MOENOCH. vol. 2. conf. 198. num. 15.

§. 2. An vero & quando frater virimque coniunctus <sup>Qui & quando</sup> in casu substitutionis fratrem consanguineum excludat, non <sup>frater germanus excludatur</sup> usque adeo expeditem est. Circa quam questionem <sup>consanguineos</sup> diuersi casus distinguendi sunt. Primus est, quando <sup>ut rinos?</sup> pater ex primo & secundo matrimonio filios habens <sup>exemplum pri-</sup> illos heredes instituit, & illos sibi inuicem <sup>num, si insi-</sup> vulgariter <sup>tuerit pater,</sup> substituit, quo in casu dubitandum non est, quin haeredi deficienti fratres eius, tam consanguinei quam germani, substituti esse videantur, ideoque omnes aequaliter admitti debeant. Ideo, quod affectio testatoris, cui per vulgarem substitutionem succeditur, eadem est tam erga primae quam secundae uxoris filios ex quo aequae ei filii sunt & ab intestato quoque deficientis portionem omnes accepturi fuissent MENOCH. lib. 4. pref. 75. n. 2 & 3. Vbi tamen n. 1. id limitat, quando pater in ipsa institutione expressum re & verbis instituit duos ex prima uxore & alios duos ex secundo, ut si dixit, Caium & Sempronium filios meos ex Meuia uxore mea prima in una dimidia, & Titium atque Erotem ex Flavia secunda uxore mea filios in altera dimidia haeredes instituo, quos inuicem substituo, ita, ut hoc casu decedente uno ex his, alter coniunctus re & verbis præferri debeat, per text. in leg. 41. §. 4. ff. de vulg. & pupill. substit. & in leg. un. §. 10. Cod. de caduc. toll. vid. etiam idem MENOCH. dict. conf. 198. num. 17. ubi & hanc rationem addit, ut, quos testator in ipsa institutione prædilexit, etiam in ipsa substitutione prædilexisse dicatur.

§. 3. Secundus casus est, quando pater filium suum Exemplum se- haeredem instituit & eidem vulgariter fratres suos sub- cundum, si pa- ter substituerit vulgariter?

B

stituit,

stituit, reliquit autem fratres tam germanos, quam consanguineos. Quo in casu testatorem fratres germanos intellexisse eosque consanguineis præferri voluisse, censendum est, tum ob fraternalæ affectionis gradum, qui, ut *ibid. præced.* dictum, erga germanos, maiori esse præsumitur, quam consanguineos, tum ob legitimæ successionis ordinem, cui testator se conformare, voluisse præsumitur, *arg. leg. 57. §. 1. ff. ad Senat. Trebell. leg. fin. Cod. de verb. & rer. signif. MENOCH. dict. lib. 4. præf. 75. n. 21.* qui hanc sententiam etiam in terminis post *Iasonem, Socium, Decium & alios ibidem citatos, probat & defendit lib. 2. Conf. 187. n. 4. & Conf. 198. num. 15.* Eandem tamen limitationem *dict. præf. 75. n. 22.* in casu, ubi testator filio suo fratres suos substitut & unum tantum germanum acarios ab uno latere iunctos reliquit. Siquidem tunc iam dicta conjectura alia fortiori præsumptione & ratione excluditur, atque ut pluralis numerus a testatore prolatus verificetur, intelligi debent vocati esse fratres etiam uno tantum latere iuncti.

*Tertium exemplum, si pater substituerit substitutari.*

§. 4. Tertius casus est, quando *fratres germani & consanguinei a patre suo inuicem pupillariter substituti sunt, ubi queritur, an ei, qui haeres exstitit & intra pubertatis annos decepsit, omnes tam fratres germani, quam consanguinei substituti esse videantur; an vero germani consanguineos hic excludant?* Et licet hic succedatur non *substituenti, sed heredi pupillo & causa testati in dubio reguletur a causa intestati, in causa uero hac intestati utrumque coniunctus consanguineum excludat, ideoque multi tantum germanos, exclusis consanguineis, admittendos esse putent, quos allegat MENOCH. vol. 2. conf. 198. n. 4. plurimi tamen allii contrarium appro-*

approbarunt omnes scilicet defuncti pupilli fratres tam consanguineos, quam ex hac pupillari substitutione admittendos esse. Hac potissimum ratione moti, quod in pupillari substitutione interpretanda *non pupilli*, sed *testatoris substitutentis voluntas & affectio* sit inspicienda, quæ hic erga filios suos, licet ex diuero matrimonio procreatos, eadem & aequalis fuisse praesumitur, ideoque etiam aequaliter vocasse censetur &, quod hic pupillo quidem succedatur, verum non ex ipsius uoluntate, quam habere non praesumitur §. i. *Inst. quib. non est permitt. facere testam.* sed secundum patris ordinationem, utpote cui lex hoc permisit, ut filio suo impuberi testamentum facere posset, ita ut tota haec pupillaris substitutione dependeat ex uoluntate patris substitutentis, quæ ex eius affectione in dubio maxime colligitur, *arg. leg. si seruus plurimum §. ult. ff. de leg. i. l. cum arg. ff. de cond. & demonstrat. leg. cum accurissimi Cod. de fideicommiss. leg. generaliter §. cum autem de instit. & subst. MANTICA de Coniect. ult. uol. lib. 5. tit. 13. n. 1. & n. 3. ubi hanc sententiam dicit esse communem, MENOCH. supra cit. conf. 198 n. 3. & conf. 187. n. 41. ir. lib. 4. pref. 75 n. 12. & seqq. ubi hanc magis receptam & aequitati consentaneam esse scribit, eandem tamen num. 14. etiam limitat, ut locum non habeat, quando fratres germani & verbis expressim a testatore coniuncti fuerint, uti de uulgari etiam supra dictum.*

§. 5 Quartus casus est, quando v. g. *pater tres filios ex primo & ex secundo quoque tres liberos habens, illos omnes haeredes instituit, addito fideicommisso, ut, si unus vel alter sine liberis decederet, ipse partem suam reliquis fratribus suis restitueret.* Quod in casu si-

Quartum ex-  
emplum si pa-  
ter fidei com-  
mittat,

deicommisso aperto & uno ex priori matrimonio mortuo non tantum fratres eius germani: sed cum illis simul etiam defuncti fratri *consanguinei* ex secundo matrimonio geniti ad fideicommissum vocati censentur. Ex ratione, quod hoc in casu ad mentem uel voluntatem testatoris recurrentum sit *l. 17. §. 4 ff. ad SConsult. Trebellian. l. 1. cod. de condit. insit.* Quae colligitur ex eius affectione, ut dictum thesi praecedenti. Haec autem erga omnes fratres illos tanquam testatoris filios eadem fuisse praesumatur, seu hanc sententiam ueriorem ac receptiorem & secundum illam etiam iudicatum esse, testatur *PEREGRINVS de fideicomiss. artic. 20. n. 12. & seqq.* Cum quo sentit etiam *MANTICA de conieclur. ultimar. nouunt. lib. 8. tit. 13. circa finem.* ubi etiam de communi testatur atque *FVSARIVS de substitutionibus quaest. 79.*

*Exemplum*  
quintum si pa-  
ter substituerit  
per fideicom-  
missum fa-  
miliae.

§. 6. *Quintus* casus est, quando testator habens fratres utrumque coniunctos & consanguineos reliquit bona fideicommisso supposita pro conseruatione agnationis & familiae, non nominata persona ipsorum fratrum suorum, sed solum dixit, ut, decedente filio haerede instituto sine filiis, bona subiacere debeant perpetuo fideicommisso pro conseruatione agnationis & familiae. Et quamvis tali in casu fratrem consanguineum in fideicommissis hisce familiarium cum utrumque coniuncto admittendum esse tradunt *MENOCH. did lib. 4. pref. 75. n. 23. MANTICA d. tit. 13. n. 4. & seqq. PEREGRIN. de fidei com- miss. art. 20. n. 12. & seqq.* eo quod & in feudo duplicitas vinculi non attendatur & in conseruanda familia eadem milititer ratio in consanguineis, quae in utrumque coniunctis. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam ueriorem esse puto, quam tinentur *GAIL. lib. 2. obs.*

ist. n. 3. CHRISTIN. vol. 1. decif. Belgic. 195. n. 2. Tiber. DECIAN. vol. 1. cons. 16. n. 19. KNIPSCHILD. de fideicommiss. famili. nob. cap. 9. num. 40. & seqq. & alii ab his citati propter expressam iuris regulam utrumque coniunctos consanguineos praferentem in auth. itaque cod. commun. de success. & in auth. defuncto cod. ad Sen. Tertull. item in auth. cessante & auth. post fratres cod. de leg. haered. Quae licet in feudis, in quibus aliud specialiter contra iuris ciuilis dispositionem constitutum est, non obseruetur, in fideicommissis tamen tenaciter seruanda. Vt pote in quibus non iuxta ius feudale, sed ciuale successio fit. Vt ideo ex allegata rationis identitatem argumentari non liceat, ubi aliud de iure expresse est constitutum, Nou. 82. cap. 4. de causis quae X. de offic. deleg. cap. fin. X. de transact. leg. 1. §. 1. ff. ad Senat. Turpil. KNIPSCHILD. dict. loc. num. 43. Fratribus autem utrumque coniunctis non existentibus, consanguineos ad haec fideicomissa admittendos, hosque foeminas excludere, dubium non habet. Cum agnati sint & familiam conseruent KNIPSCHILD. dict. loc. n. 43.

§. 7. Idem etiam in alio fideicommissio fraterno Exemplum  
uerius esse censendum est, quando v. g. testator, & ger sextum, si fra-  
manos & consanguineos habens fratres, filium suum frater,  
unicum haeredem scribit, simulque iubet, ut, illo sine  
liberis mortuo, haereditas fratibus suis restituatur.  
Quamvis enim hoc in casu haeredi defuncto omnes  
eius patrui simul ab intestato succederent; attamen  
cum in fideicommissio non grauato, sed testatori succe-  
datur, subinmando scilicet in locum grauati argum.  
l. 41. §. 3. ff. vulgar. & pupill. subl. l. 67. §. 1. ff. de legar. 1.  
TIVSARIUS de substit. question. 274. & hic quoque ad vo-  
luntatem & affectionem testatoris fideicommittentis re-

spiciendum sit, qui utique fratres suos utrinque coniunctos magis amasse præsumitur, PEREGRINVS dict. tract. artic. 20. n. 19. FVSARIVS de subſtit. quæſt. 79. n. 31. & 37. Idem existente hac conditione fideicommissum fratribus tantum germanum restituendum eſte, iam dicti Ddres recte statuunt. Id quod tamen limitatur 1) si in fideicommisso particula uniuersalis sit addita & haeres omnibus fratribus testatoris haereditatem restituere rogatus fuerit; tunc enim ui particulae uniuersalis etiam consanguinei uocati censentur, PEREGRIN. de fideicom. art. 20. num. 21. FVSAR. de subſtit. quæſt. 79. num. 43. 2do) limitatur, si unus tantum extaret frater utrinque coniunctus & testator plurali numero uſus, fratribus fideicommissum reliquerit, siquidem & hoc in casu consanguinei admittuntur, l. fin ff. ad Sconsulum Trebell. PEREGR. dict. artic. 20. n. 20. FVSAR. dict. quæſt 79. n. 40. Sicuti in casu contrario, si testator ad fideicommissum fratrem in numero singulari uocauerit, plures uero reliquerit fratres, utrinque coniunctos, omnes illi uocati censentur, argum. l. 17. §. 1. ff. de legat. 1. l. 16. §. 1. de testament. iutel. CRAVETTA Conf. 101. n. 4. FVSAR. dict. tract. quæſt 349. n. 3.

*Quid in successione ab intestato, si liberi ex diuerso sint matrimonio?*

§. 8. Cessante autem prima & secunda haereditatis institutione & ubi pactis nihil conuentum reperitur, succedit legitima successio, quae describitur, quod sit ius acquirendi haereditatem a lege, citra dispositionem hominis delatam, STRYK. de success. ab intestat. diff. 1. cap. 1. §. 61. Vbi quoad primum ordinem successionis, scilicet descendantium de liberis ex diuersis matrimoniosis procreatis, de iure ciuili expeditum eſt, quod illi si ab uno patre progeniti sint, in paternis aequaliter, in maternis vero

uero quilibet matri suae succedat, leg. 4. cod. de secund.  
nupt. si ab una matre, in maternis aequaliter, in pater-  
nis autem quilibet patri suo succedat, l. 4 & 5. cod. dict.  
tit. RICHTER. de success. ab intest. sect. 1. membr. 1. num. 17.  
Nisi unio prolium facta fuerit, quae legitimis requisitis  
concurrentibus, etiam de iure communia exemplum  
adoptionis uel arrogationis subsistit GAIL. 2. obseru. 125. n.  
6. & hoc operatur, ut bona utriusque matrimonii pa- <sup>& ramen in</sup>  
rentum uel etiam liberorum (quae scil. a suis habent <sup>unione pro-</sup>  
uel exspectant parentibus) communicentur & quasi <sup>lium.</sup>  
uniantur, hoc est, quoad parentum successionem utri-  
usque matrimonii liberi aequaliter uocentur ac tantis  
per omnes liberorum loco habeantur, RICK. de union.  
proli. cap. 7. n. 1. Id quod ampliatur, 1) ut licet altera pars  
nullos habeat liberos, neque ex matrimonio subsecuto  
ullos suscipiat, tam unio firma maneat & liberi pri-  
oris matrimonii ei succedant ab intestato, cui per unio-  
nem liberi facti sunt, MARPVRGENSES vol. 1. conf. 8. per ro-  
tum. MVSCVLVS de success. Conuent. membr. 3. n. 124. & seqq.  
MEYER. in Colleg. Iur. Argent. ad tit. ff. de adopt. n. 69. ubi sen-  
tentiam hanc communionem esse dicit: a qua dissentit BOCER.  
class. 1 disp. 12. tb. 16. 2do) ampliatur, ut, sicuti illa secundum  
ueriorem & communiorem hanc sententiam nullis  
liberis existentibus non rescinditur, ita nec si plures  
nati fuerint, ut deinde liberi unius matrimonii enor-  
miter laesi uideantur, nec beneficium l. 2. cod. de rescind.  
vend. nec restitutio in integrum locum habeat, MVS-  
CVL. dict. membr. 3. num. 143. & seqq. KLOCK. vol. 3. conf. 160.  
num. 43. & seqq. Cum haec laesio tempore contractus  
non apparet, sed ex postfacto contingens ob incertitudinem  
eventus attendenda non sit, nisi dolus interuen-  
iat.

niat. STRYK. de success. ab intest. diff. 8. cap. 6. §. 32. ibique alleg. RICK. dict. tract. cap. 10. n. 6. & seqq. 3to) ampliatur, quod, licet pactum hoc unionis prolium testandi facultatem quoad proprios naturales liberos suos, itemque de bonis in unionem non deductis etiam quoad liberos unitos non adimat, non tamen ipsa unio ultima voluntate reuocari, neque etiam de bonis in unionem deductis, quoad liberos alterius matrimonii per unionem ascitos, testamentum condi & ius, per pactum illud quæsumum, liberis afferri possit, per ea quae tradit STRYK. dict. cap. 6 §. 29. 4to) ampliatur, quoad etiam in casu ubi e. g. Titius, prima uxore sua mortua, superinducit filiis ex illa susceptis nouercam cumque ea in tractatu sponsaliorum in debita forma liberos ex priori matrimonio natos & sequenti nascendos unit, post existentibus & relictis ex utroque matrimonio liberis in fata concedit, uidua uero, dono continentiae non praedita, alium maritum dicit & cum eo liberos gignit, pactum hoc irreuocabile atque firmum sit & maneat, liberi autem superuenientes in partem bonorum maternorum saltem virilem pacto quasi tacite quoad eorum personas eatenus repetito, uocari debeant, uid. RICK. dict. tract. cap. 7. num. 164.

*Num querela  
in officiis de-  
tetur fratribus  
unilaterali-  
bus?*

§. 9. Illud etiam circa causam testati notari mereatur, quod querela in officiis testamenti, quae consanguineis & germanis, fratre praeterito siue exheredato, & turpi persona instituta competit, fratribus uterinis non detur, ideoque hic linea paterna maternaæ præponderet, l. 27. ibique BRVNNEMAN. & Doctores cod. de in offic. testam. illudque nec nouo iure mutatum sit. Quanquam enim nouo hoc iure uterini cum consanguineis admittantur

tantur Nou. 118. cap. 3. argumentum tamen a legitima successione ad hanc querelam affirmatiue non procedit, argum l. i. ff. de inoff. testam. § 1. Inst. eod. Quod autem noua lege specialiter mutatum non est, illud veterum legum regulis relictum censeretur l. 32. §. fin. Cod. de appellationib. Et licet in dict. leg. 27. consanguineorum fiat mentio, non tamen existimandum est, quod germani id circa ab hac querela exclusi sint, utpote, qui consanguinei etiam sunt & consanguineorum nomine veniunt, Nou. 84. c. 81. Sed quod in contrarium fratres germani illis praeferantur & hisce existentibus, illis, consanguineis scilicet, haec actio non competit. Siquidem germanosa legitima fratribus successione consanguineos tantum excludere, manifestum ex Nou. 118. Quicunq; autem aliquem a legitima successione, ille eundem quoq; ab hac querela excludit, argum l. 16. §. 1. & l. 14. ff. de inoff. test. Nisi germanus querelæ illi renunciauerit, tunc enim consanguineus admittendus erit, siquidem successorium edictum inter personas diuersi ordinis locum habet, STRVV. Syntagm. iur. Civil. exerc. 10. th. 19 ZOESIVS ad tit. ff. de inoff. testam. n. 64. BACHOV. ad Treutler. vol. I. disp. 13. th 5. lit. C. & D. per leg. s. & leg. penult. princip. ff. de inoff. testam.

§. 10. Illud autem, quod, unione hac non inita, in libris diuersorum matrimoniorum circa successionem iuris esse thes. praeced. dictum est, eo extenditur a Dd. quod quilibet praeferatur in bonis quaesitis patri ex matre sua & e contra. Ita ut e. g. ad bona materna omnia, quæ quoconque modo ex bonis matris ad maritum peruenierunt, referri eorumque separatio a liberis diuersorum matrimoniorum indulgeri debeat, asserendo; liberos prioris matrimonii lucra nuptialia ma-

C

tris

*Num in successione respiciantur bona, cuique parenti quae sit?*

tris suæ præcipua capere, liberos uero posterioris matrimonii etiam suæ matris lucra vel quæ vigore statuti a matre ad patrem peruenere, CHRISTIN. vol. 4. dec. Belgic. 62. num. 3. BRVNREM. ad l. 4. cod. de sec. nupt. n. 3. Adeo, ut hæc ipsa lucra capiant liberi, etiam si patris sui hæredes non sint, RITTERVS. ad Nou. part. 7. cap. 4. n. 9. BARRII de success. lib. 16. tit. 1. n. 14. Quæ tamen extensio paulo liberalior, ideoque distinguentium opinio iuri & rationi magis conueniens videtur: *an scilicet bona iure usus fructus a priori coniuge ad patrem peruenuerint, an vero pleno iure superstite quaesita sint*, ita, ut isto casu redenant ad liberos prioris matrimonii, illique bona ista capere possint, etiam si patris hæreditate se abstineant, *hoc autem casu liberi diuersorum matrimoniorum æqualiter succedant, ut pluribus demonstrat & exemplo lucri statutarii declarat STRYK.* de success. ab intest. diff. 1. cap. 2. §. 7. 8. & 9. Vbi præterea etiam bene notandum, quod sicuti uxor binuba teneatur liberis prioris matrimonii reseruare lucra nuptialia a primo marito quæsita, ita secundi matrimonii liberis a secundo marito sibi donata vel relicta reseruare teneatur, siue ad tertias nuptias se contulerit siue non, BRVNREM. ad leg. 4. Cod. de secund. nupt. num. 1. & 2.

Non hic locus  
etiam liberis  
matrimonii  
putatiui, cese-  
ra?

§ II. Et hæc, quæ de successione liberorum dicta sunt, extenduntur primo siue nati illi sint ex vero siue putatiuo matrimonio, RICHTER de succ. ab intest. sed. I. membr. I. n. 4. Vbi ex Schurero de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur, duo præiuditia adfert. 2do) siue sint masculi siue feminæ, utpote differentia in successione bonorum allodialium hodie sublata per Novell. 118. cap. 1. in fin. 3to) siue sint sui siue emancipati, leg.

leg. fin. Cod. de legitim. hereditib. dict. Nov. 118. cap. I. cum & illa differentia patriæ potestatis & emancipationis hodie sublata sit, & liberi parentibus iure sanguinis succedant, RICHTER dict. loc. num. 7. 4to) siue sint iam nati siue posthumi, licet hi ex utero sint exsecuti l. 12. princ. ff. de liber. & posthum. aut statim in manibus obstetricis exspirarint, modo motus, anhelitus, aut alii vitæ indices in iis deprehensi, l. 3. ibique BRVNNEMANN Cod. de posthum. haeredib. instituend. CARPOV. part. 3. Cons. 17. definit. 18. 5to) siue sint præsentes siue absentes & ab hostibus reuersi, l. 1. §. 7. ff. de suis & legitim. hereditib. 6to) siue ab initio legitime nati siue ex post legitimati sint. Id quod in legitimatis per subsequens matrimonium dubium non habet, l. 10. cod. de natural. liber. Nou. 12. cap. 4. Nou. 89. cap. 8. In legitimatis autem per rescriptum principis tum demum procedit, quando liberi iusti ante hanc legitimationem non extiterunt, aut si adiuerint, pariter in libello illorum mentionem fecerit, & deinde legitimatio ex plenitudine potestatis atque cum clausula non obstante a principe facta fuerit, STRYK de success. ab Intest. diff. I. cap. 2. §. 1. 72. & 74. Siue 7timo) naturales & legitimi siue legitimi tantum seu adoptiui fuerint, utpote qui cum liberis ex iusto matrimonio natis durante adoptione ab intestato patri adoptiuo in allodialibus, non autem matri succedunt, l. 5. Cod. de suis & legit. hered. l. pen. §. 1. vers. sed siquidem Cod. de adopt. illibato interim manente iure succedendi patri naturali, licet ab ascendentē adoptio facta fuerit, uti contra BACHOV. ad Treutler. vol. 2. disp. 16. th. 2. lit. I. in fine sentiunt STRVV. dict. exercit. 38. th. 21. STRYK. dict. diff. I. cap. 2. §. 39. aliquie ab his citati. Plura de successione adoptiuorum

vid. apud SCHNEIDEW. in comment. ad tit. Inst. de haered. quae ab intefl. defer. de successione filiorum adoptiuorum seu legitimorum tantum. Vbi etiam in sequentibus de differentia liberorum naturalium tantum & spuriorum seu vulgo quæsitorum atque ex damnato coitu procreatorum agit. Et licet de ciuali per tradita ibidem diuersitas sit inter eos, qui nati sunt ex concubina, quam scilicet quis unicam indubitato affectu domi loco uxoris habuit, qui & bastarti appellantur & eos qui spurii seu vulgo quæsiti appellantur. Hodie tamen abrogato concubinatu per reformationem politicam imperii de anno 1548. tit. von leichtfertiger Beywohnung, spuri & naturales promisee sumuntur & indigitantur illi, qui suscepit extra nuptias ex coitu cum soluta, quæ ob libidinem corporis sui copiam non omnibus nec palam vel publice facit RICHT. de success. ab intefl. sed. I. membr. 3. n. 5. ibique citat. FORSTER de success. lib 6. cap. 46. num. 9. STRVV. dict. Exerc. 38. ib. 23. & exerc. 30. in fin. MULLER ad Struv. dict. exerc. 38. ib. 22. in fine. Hi vero liberi patri aliisque agnatis non succedunt, nisi pater naturales & legitimos simul nullos haberit, quo in casu sextantem hoc est duas unicas ex hæreditate patris saltem, non etiam aui vel proa, vi viriliter cum matre diuidendas consequuntur, Athen. licet Cod. de natural. liber. Matri autem & aliis per maternam lineam coniunctis una cum liberis legitimis succedunt, RICHT. dict. loc. n. 6.7. 8. & 9. nisi mater illustris fuerit & liberos legitimos habeat, leg. pen. ibique BRVNREM. Cod. ad SConsult. Orbit. Id quod tamen ad nobiles extendendum non est, per tradita MEVII part. 2. decis. 83. BRVNREM. ad leg. 4. ff. unde cognati num. 3. ESBACH ad Carpzou. part. 3. conf. 14. defin. 12. n. I.

CAP.

## CAP. V.

De exclusione liberorum  
a successione.

§. 1.

**E**xcluduntur vero a successione liberi per expressam bonorum separationem durch absonderung. Maxime si parens, ad secunda vota transiens, partem bonorum liberis assignauerit, ita, ut hoc casu penitus a familia separentur & ne quidem legitima iis debeat, MEIVS ad Ius Lubec. tit. I. artic. 8. num. 13. 14. & 15. sed quod iuris effectum hi liberi instar iuste exhaeredatorum habeantur, LYNCKER in Analectis ad Struuium tit. de liber. & postiblum ib. 26.

*Exclusio lib-  
rorum sepa-  
ratione, durch  
Absonderung.*

§. 2. Atque hoc etiam spectat, quando, alterutro coniugum mortuo, pars superstes ad secunda vota transiens statuto aut confuetudine eo redigitur, ut, propriis suis & defuncti adeoque omnibus bonis in unam massam coactis, deinde liberis semissem concedere teneatur. Licet enim, vi communionis bonorum, per edictum se renissimi principis & electoris Brandenburgici, FRIDERICI WILHELMII gloriofissimae memoriae, in Ducatu CLIVIAE & Comitatu MARCANO, omnia bona, tempore primi matrimonii, pro dimidia parte ad demortuum parentem pertinuisse dicas, & idecirco statuendum esse videatur; quod semis, quam liberi accipiunt, sit hæreditas & patrimonium defuncti tantum, non etiam legitima ex bonis superfluis simul acquisita; utpote in vita eius neque debita neque delata, ideoque præterea & ad huius successionem post mortem admitti adhuc debeant, veluti hac potissimum ratione motus respondit GOEDDAEV

*2) diuisione,  
ubi communio  
bonorum durch  
abtheilung De  
qua Branden-  
burgici electo-  
ris edictum in  
Westphaliae  
provinciis 1686.  
Num portio  
illa unus, an  
utriusque pa-  
rensis sit legi-  
tima? Ratio-  
nes negantes.*

& cum eo facultas iuridica Marpurgens. vol. I. cons. 26. non his tamen, sed iurisconsultis Gieffensibus (qui referente CRVSIO ad ius statutarium Mindense lib. 2. tit. 16. contra Marpurgenses hoc in passu deciderunt) assentiendum esse, iudicarunt nobilissimi ICti MARCANI & practici, dum vi-

Rationes adfir.  
mantes.

uerent famigeratissimi Carolus Iohannes WORTMANN iuriuum doctor & professor Hammonensis & post potentissimi regis Porussie, domini nostri clementissimi, consiliarius intimus Regiminis Cluio Marcani & Franciscus NEVHAUS, I. V. D. & consul ciuitatis primariae Hammonensis in speciali, quod extat responso. Idque ideo, quod licet omnium tam illatorum quam acquisitorum inter coniuges communio sit, ea tamen operetur tantum dominium reuocabile, communione autem & societate illa per mortem dissoluta, quilibet coniugum ante omnia ex communibus & constante matrimonio comparatis, suum patrimonium, quod habuit tempore initi matrimonii, deducat, & tum *quaestum*, qui supersunt, sua cuique pars adjudicetur LAVTERBACH. *dissert singul. de sol. bon. coniug. cap. 5. 12.* Ita, ut dum pars superstes per statutum vel consuetudinem eo redigitur, ut propriis suis bonis in unam massam cum defunctæ coniugis bonis coactis, deinde liberis prioris matrimonii in uniuersa illa massa seu uniuerso patrimonio semisistem concedere teneatur, nemo nondicere debeat ex utriusque bonis *legitimam acceptam*, eamque non solum ut paternam, sed etiam ut maternam in vita superstitis statuto aut consuetudine assignatam esse, CRVSIVS dict. tract. lib. 2. tit. 2. artic. 18 decif. 2. & semis hæc non sit dimidia bonorum utriusque coniugis STRYK *de success. ab intest. diff. 4. cap. 3. n. 65.* id eoque pars superstes bona etiam sua diuidere dicatur,

COTHM.

COTHM. vol. 5. resp. 5. num. 107. Id quod ex hoc unico etiam manifestum est, quod pars superstes partem dimidiam bonorum etiam eorum, quæ in uiduitate ad eam peruererunt, tempore secundarum nuptiarum liberis prioris matrimonii relinquere cogatur, ideoque pars dimidia, quam accipiunt, non posit tantum dici hæreditas defuncti, COTHM. did. resp. n. 110. Et diuisio, quæ fit inter parentem superstitem & liberos, nihil aliud esse dicatur, quam quædam legitimæ liberis natura debitae assignatio COTHM. vol. 3. resp. 44. num. 30. Ita ut licet viuentis nulla sit hæreditas, hic tamen superstes quo ad liberos, diuisione hac a se separatos, pro mortuo habeatur & liberi circa bona & successionem pro iis, qui emancipati sunt, aut alias ex potestate patris exierunt, imo pro exhereditatis, pro extraneis & dissortibus, seu qui a paterna maternaque domo & familia exclusi sunt, uid. latius hac de re MEVIVS adiuv Lubec. part. 2. tit. 2. artic. 2. num. III. & seqq. & artic. 33. num. 115. & seqq.

§. 3. Ethoc, quod liberi per prefatam semel factam diuisionem a successione parentis, cum quo confusa bona diuiserunt, ab ulteriori successione excludantur, plurimis in locis Germaniæ obseruatur, uti videre est apud CRVS. did. tract. lib. 2. tit. 2. decis. 2. LAVTERBACH de differ. iur. ciuil. & Hamburg. c. §. 82. MEVIVM adiuv Lubec. d. p. 2. tit. 2. artic. 2. n. 29. aliosque supra citatos auctores. Atque tunc illud apud omnes etiam ipsum GODDAEVVM did. vol. 1. consil. Marpurg. 26. num. 164. extra controuersiam est, ubi statutum parenti superstiti, ad secunda vota progredienti, non solum aliquid faciendum vel præstandum liberis imponit, veluti ut semissim bonorum tradant, sed etiam ulterius progreditur, disponendo de successione,

MEV.

*Quæ iura ex  
eludendi libe-  
ros, quibus cum  
semel diuisum  
ab hereditate  
utriusque pa-  
rentis plurimis  
Germaniæ  
provinciis sunt  
communia.*

MEV. dīg. loc. num. 168. exempli gratia, quod coniux coniugi succedere debeat & plane liberi hi prioris matrimonii, etiam non existentibus ex secundo thoro liberi, per superuiuentem coniugem a successione excludantur: consequens est, quod multo magis eo casu, ubi ex secundo thoro liberi adsunt, illi in primo matrimonio progeniti ab ulteriori successione excludantur &, per fictionem iuris, pro mortuis habeantur, COTHM. lib. 3. resp. 9. n. 10. & resp. 44. n. 27. HAHN. de iure rer. c. 27. n. 19. HARIM. PISTOR & alii allegati a MEVIO dīg. artic. 33. n. 128.

*Nominatum  
consuetudo  
hac patriae  
meae Altene  
est solennit.*

*fide publici in-  
strumenti  
1667.*

§ 4. Neque aliter iura, patriæ meæ propria, ALTENAENSIA. Illis enim eiusmodi liberos, diuisione semel locupletatos, in ciuitate, utroque casu, siue adfuerint liberi ex secundo thoro siue non, statuto exclusos illudque semper & ultra hominum memoriam taliter atque non alio modo obseruatum fuisse, constat ex documento, publico magistratus ibidem de dato 2. Maii. 1667. item documento iudiciali de dato 20. Octobr. 1679. Vbi notandum, quod consuetudo optima statutorum interpres sit, ita, ut licet allegatum statutum ALTENANVM mutuam coniugum successionem statuendo, de eo casu, quando liberi ex priori matrimonio adsunt, verbis expressis non loquatur: talis tamen consuetudo declarativa operetur, quod in statuto videatur expresius ille casus, quem consuetudo haec comprehendi atque adducit, statutumque etiam plane ad impropria contra ius commune extendatur, neque consuetudo illa interpretativa noua dicatur *consuetudo*, diuersa ab ipso statuto, sed vere dicatur, ipsum statutum loqui per consuetudinem sic explicatam. Ideoque & praescriptio-

nem

nem non requirat, sed plane sufficiat, ita longo tempore iudicatum & creditum fuisse. Item, quod hoc in casu sufficient etiam testes non jurati atque, altera parte absente, recepti. Veluti haec in casu simili tradit & eleganter deducit Tiber DECLAN. vol. 2. conf. 44. a num. 3. usque ad num. 25. uid. quoque KLOCK. tom. 3. conf. 101. num.

353. & GOEDDAEV<sup>s</sup> vol. 3. conf. Marpurg. 26. n. 28. Simile quoque statutum exstat Hildesiae, HAHN. dict. tract. cap. 9. n. 18. ubi illud refert & eiusmodi statutum ualere, atque in camera imperiali approbatum esse, ex Gailio demonstrat. Cui conueniunt ea, quae olim tradidit facultas HEIDELBERGENSIS & extant tom. 2. consil. Germaniae 33. n. 2. Scilicet, quod hoc sicuti statuto ita & consuetudine induci possit, eaque hoc in casu non differant, nisi ut tacitum & expressum & ualeat omnino talis consuetudo uel stetutum, ut coniuges inter se, etiam libris extantibus, succedant.

§. 5. Vnde dubitandum non est, quin talia statuta per se ualida & in tot ac tantis Germaniae prouinciis atque emporiis recepta, omnino seruari atque iuxta ea successio regulari debeat, nisi in contractu matrimoniiali seu pactis dotalibus aliter conuentum fuerit. Ut pote quae omni iuri, legibus scriptis & consuetudinibus locorum derogent, ita tamen, ut casus non expressus ex dispositione iuris statutarii decidendus sit. Ideoque si e. g. in his pactis successio statutaria coniugum, in casu non existentium liberorum ex secundo thoro, exclusa tantum fuerit, de cetero tamen illud in casu existentium ex hoc secundo thoro liberorum adeoque in totum sublatum esse, dici non possit HEESER de bon. & acq. coniug. comm. part. 2. loc. 10. num. 17. Id quod ex

*Ad hanc normam etiam exceptio  
plicanda fuerit  
dotalia pacta.*

ius etiam manifestum est, quae de communione bonorum inter coniuges statuto uel consuetudine recepta traduntur. Scilicet, quod ea quidem ex pactis toralibus formari, restringi & amplificari possit, MEV. ad ius Lubec. lib. I. tit. 5. artic. 5. n. 37. Ita ut si e. g. pactis dotalibus conuentum fuerit, ut sua quisque debita, ante matrimonium contracta, de suo soluere, eoque fine inventarium confidere debeat, qui actus alias societati contrarius est, uel praedium certum reseruatum, uel etiam bonorum utrinque allatorum reuolutio in casu non existentium liberorum stipulata sit: de reliquo tamen haec communio bonorum statuto introducta non cesseret, sed secundum eam procedi & iudicari debere, extra controuersiam sit, Lambert. GORIS in suis aduers. tr. I. cap. 4. num. 18. d. 19. & in not. ad cap. 5. n. 5. & ad cap. 8. num. I.

*De iure Clivenium ordinibus nobilibus hic proprio*

§. 6. Est autem ab hoc iure successionis diuersum & singulare ius nobilium Clivenium ac Markensem. Vtbus hic proprio pote de quibus notum est, primo quod, teste litera supra memorati editi, communio bonorum coniugalis inter eos locum non habeat; deinde, quod, ex constitutione ducum Clivensum IOHANNIS patris & filii de anno 1510. Lunae post dominicam oculi, primogenitis prærogativa quaedam debeatur, ita ut si e. g. plures fratres ab eodem patre sive ex uno sive ex diversis matrimonii nati adsint, primogenitus, si modo capax sit, principem & optimam domum uel arcem atque ea, quae fossis, uallis & muris continentur, præcipuum copiat & retineat. Atque eorum iure si plures domus arcesue adsint, secundo genitus, secundam & tertio genitus tertiam, ille vel illi autem ea, quae muris, fossis & uallis non continentur, a reliquis fratri-

*In primogenitura.*

fratribus & sororibus, tot rede linder maten uti aiunt, principes, id est, pretio ex bono & aequo definito, redimere cogatur, vid. FELTMAN de iure in re § ad rem Cap. 15. n. 23. 24. 25. 26. ESBACH ad Carpz. part. 3. Conf. 15. def. 25. Vbi ambo laudati authores tenorem dictae constitutionis in clausula concernente referunt, ea quae etiam ad lineam collateralem extensa in Recessu prouinciali CLIVO Marcano de ao. 1660. §. so lassen wir auch fer-  
ner ic. Et uti in filiis eodem modo etiam in filiabus lo-  
cum habet, ita, ut sicuti maxima natu primam, ita al-  
tera alteram capiat; FELTMAN dict. loc. n. 28. In iis uero  
praediis tantum obtinet, quae nos dicimus Ritter-  
Siz etiam si pleno iure pertineant ad ordinis eque-  
stris homines, quae uulgo *allodialia bona* audiunt, non  
uero ad alia aedificia & praedia extenditur, idem FELT-  
MAN d. I. n. 29.

Statutum Cli-  
uense & Mar-  
canum 1660.

§. 7. Similis est Constitutio Electoris Coloniensis im  
Erftstift Cöllnischer Rechts-Ordnung, tit. 6. §. 12. ESBACH  
dict. loc. ubi uerba etiam ordinationis refert, quae con-  
tinent, daß im fall nur ein Stamm-Haus oder adel-  
icher Siz, vorhanden, solchem der älteste Sohn sampt  
desen Graben und Beyfang, auch was darin gelegen,  
als Garten und Baumgarten, auch daselbst vorhande-  
ne Geschütz und was im Hause mehr nagelfest ist, ne-  
ben dazugehöriger Jurisdicition und darabfallender Nutz-  
barkeit, jagd- und wilder Fischeren auf fliessenden Was-  
ser vorab, ohne einige Erstattung nehmen und behalten  
möge. Wann aber mehr adeliche Häuser oder Size  
vorhanden, und der älteste Bruder darauf eines er-  
wehlet, als dann der zweyter Bruder das andere Haus  
oder Siz, ebener Gestalt vorauszunehmen berechtiget  
V 2 seye,

sexe, und es alsofort mit dem dritten und folgenden Brüdern, dafern noch mehr Häuser vorhanden, gehalten werden solle. Et licet ordinatio haec dict. tit. 6. § praeced. 2. & 4. disponat, quod, existentibus masculis, filiabus certa dos pro ratione uel modo bonorum scilicet duorum, trium uel quatuor aut maxime quinque millium Imperialium constitui, reliqua uero bona fratribus relinquidebeant: non tamen certi quid hoc in genere in ducatu Clivensi & comitatu Marcano constitutum: sed salvo praecipuo diuisionem faciendam aut sorores ex interdicto quorum bonorum immittendas esse, iudicatum est in causa sororum de Wrede contra fratres de Wrede Clivis 10. April. 1677. ubi uerba sententiae ita habent, in sachen der 2e, 2e.

## CAP. VI. de ascendentium successione cum fratribus unilateralibus.

### §. I

**D**eficientibus primi ordinis successoribus, turbato mortalitatis ordine, proximi defunctori sunt ascendentes, puta parentes utriusque sexus & qui horum appellatione continentur, quales sunt avus proavus atque omnes superiores, l. 51. ff. de V. signif. Qui non tam ex uoto naturae, quam pietatis ac commiserationis ratione l. 7. §. fin. ff. si tab. null. ex tab. ad liberorum ex se genitorum successionem uocantur, l. 15 ff. de inoff. defl. Et hi quidem succedunt seruata gradus praerogativa absque ulla differentia inter bona paterna ac materna. Ita ut in pari gradu existentes filii suis aequarentur

ter succedant, nulla bonorum distinctione exhibita, unde ea ad filios peruererint, *dict. Nou. 118. cap. 2. MYNSINGER cent. 6. obs. 55.* ubi secundum hanc sententiam in camera pronunciari solere afferit, *FACHIN lib. 6. controu. 4. WESENBEC. ad SCHNEIDEV. de secund. ord. succed. n. 22.*

§. 2. Sed si cum fratribus aut sororibus defuncti concurrent, cum his aequaliter in capita seu partes uiriles succedunt, dummodo utrinque seu ex utroque parente defuncto coniuncti sint. Haud idem erit, si ex uno latere coniuncti fuerint. Quo casu cum parentibus non concurrent, sed hi, exclusis istis, soli succedunt. Quod adeo uerum est, ut ne quidem frater consanguineus cum patre aut uterinus cum matre ac successione simul admittatur, *dict. Nou. 118 cap. 2. Nou. 127. cap. 1. ubi soli fratres utrinque coniuncti, cum parentibus admittuntur, WVRMBSER. practic. obseru. tit. 41. obs. 51. RICHT. de success. ab intest. sect. 2. membr. I. n. 21. SANDE lib. 4. tit. 8. defin. 4 CARPZOV. lib. 3. cons. 17. def. 3. FOERSTER de success. ab intest. lib. 7. cap. 8.*

## CAP. VII. de succeſſione collateralium ex diuersis matrimoniiſ,

### ſ. I.

**D**eficientibus DESCENDENTIIS & ASCENDENTIBVS ex omnibus COLLATERALIBVS primo loco ad successionem vocantur *fratres* ex utroque latere iuncti; una cum aliorum praedefunctorum fratum germanorum filiis. Qui cum illis in stirpes succedunt, tantam partem accipientes, quantam eorum parentes

D 3

Fratres tandem bilaterales qui heredes?

ſi ſu-

si superstites, accepturi essent, Nou. 18. cap. 3. Ita, ut soli etiam fratum utrimque coniunctorum liberi de iure ciuii fratres uterinos & consanguineos excludant, ac reliquis omnibus collateralibus præferantur propter ius repræsentationis & duplicitatem vinculi, SCHNEIDER. ad tit. I. de hered. quæ ab int. defer. de tert. ord. succed. n. 16. CERLICH part. 3. concl. 24. num. 58. etiam si de successione patrui utrinque coniuncti quæstio sit COTHM. vol. 3. resp. 25. n. 1.

*Quid disciri-  
men post fra-  
tres non at-  
tenditur.*

§. 2. Est vero hic notandum, prærogatiuam hanc duorum vinculorum & priuilegium repræsentationis in linea collaterali ultra fratres & illorum liberos non extendi. Adeo, ut illud nec in nepotibus illorum locum habeat & per consequens fratrum germanorum nepotes fratres ex uno latere iunctos non excludant, Nou. 18. cap. 3. CARPZOV. part. 3. const. 18. def. 10. num. 3. BERLICH. d. loc. num. seq. 59.

*Successiones  
uterinorum &  
consanguineo-  
rum.*

§. 3. Post iam dictos autem fratres germanos eorumque liberos ad successionem vocantur *fratres altero* tantum parente coniuncti, puta consanguinei & uterini, Authent. post fratres cod. de legitim. heredib. Nou. 18. cap. 3. v. bis autem non existentibus. Et hi quidem si soli fuerint, perinde, ut utrimque coniuncti æqualiter in capita seu portiones uiriles sine ulla bonorum distinctione vocatur, id est. Nouel. 18. cap. 3. IX. bis autem &c. Modo omnes eiusdem generis sint, hoc est, si omnes aut sint consanguinei tantum aut uterini tantum id est. Nouell. 18. Sed quid si diuersi generis fuerint, puta si defunctus reliquerit fratres consanguineos & uterinos simul, queritur: an non hoc saltē casu bona discernenda sint, ut illi in paternis, hi in maternis in reliquis autem siue aliunde

liunde acquisitis omnes equaliter seu viritim succedunt? Et licet a multis doctoribus hoc afferatur, ita ut paterna paternis & materna maternis deferantur: ue-  
riorem tamen & rectiorem contrariam sententiam esse  
censemus. Scilicet nullam hoc casu honorum distinctio-  
nem concedendam, sed uniuersam hereditatem de-  
functi inter consanguineos & uterinos aequaliter diui-  
dendam esse. Ut unam medium ferant paterni alteram  
materni, per ea quae tradunt VINNIUS lib. 2. select. qua-  
tion. cap. 31. Quae sententia etiam meruit assensum ca-  
marae imperialis testibus MYNSINGERO lib. 6. obs. 55. &  
Hartmanno HARTMANNI practic. obseru. tit. 42. obseru. 3. ati-  
& senat. Subaudici teste Anton. FABRO in suo cod. lib. 6. tit.  
35. def. 2. approbata quoque a CARPZOVIO p. 3. const. 14. def.  
3. ibique ESBACH in not. Berlich. p. 3. concl. 20. th. 17. ibique  
citat. Etsi cum fratribus unilateralibus praedefuncto-  
rum fratrum ex uno tantum latere coniunctorum liberi  
concurrent, in stirpes sit successio, SCHNEDEV. ad  
tit. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. de tertio succed. or-  
din. n. 24. Siquidem nulla ratio diuersitatis adest, quare  
hi fratrum ex uno tantum latere coniunctorum liberi  
cum fratribus unilateralibus in stirpes non æque suc-  
cedere debeant, ac liberi fratris utrinque coniuncti  
cum fratre germano defuncti. hoc in casu succedunt,  
MANZVS ad Inst. b. t. de success. fratr. & sor. n. 5.

§. 4. Quod autem de fratrum successione in præ-  
cedentibus dictum, illud etiam verum est in sororibus &  
illarum liberis, qui cum fratribus eodem modo succe-  
dunt, adeo ut sorores quoque germanæ ac illarum fi-  
lli filiae fratres consanguineos excludant. Et hoc iu-  
re quoad fraternalm successionem nulla sexus habeatur  
ratio,

*Ident. iuris in  
sororibus.*

ratio, *Nou.* 18. *cap.* 3. Quod tamen secus est in feudis in quibus forores uti & aliae foemine regulariter non succedunt & fratres sorores suas etiam in successione feudali paterna excludunt, *cap. unic.* §. 3. I. *feud.* I. *cap. unic.* *feud.* 8. *cap. unic.* I. *feud.* 36. *verb:* quia seruire non ulet. *STRVV.* *Syntagm.* *iur.* *feud.* *exerc.* 9. *th.* 8. *SCHRADER* de *feud.* *part.* 7. *cap.* 4. *idem* *obtinet in fidei commissis familiae arg.* *l.* 195. §. *fin.* *l.* 196. §. 1. *ff.* *de V. S. KNIPSCHILD de fidei-comm. fam.* *cap.* 8. *n.* 127. & seqq.

*Quid lic singu-*  
*lare in feudis?*

§. 5. Illud quoque circa successionem in feudis notandum, quod in hac *vinculum* *duplicitas* non attendatur, sed sola agnatio consideretur, & sufficiat aliquem ex stipiti & sanguine primi acquirentis descendere, alterum uero *vinculum* ex parte matris intercedens, quo alias fratres germani consanguineis sunt potiores, quoad successionem hanc feudalem nullum habeat effectum, *cap. unic.* v. *bis* *deficientibus.* 2. *feud.* II. *STRVV.* *Syn-*  
*tagm.* *Iur.* *feud.* *cap.* 9. *aphor.* 6. *num.* I. *CARPZ.* *part.* 3. *conf.* 29. *defin.* 4. *Vnde ad hanc successionem contanguinei etiam cum fratribus germanis admittuntur,* *STRVV.* & *CARPZ.* d. *defin.* 4. *ROSENTHAL de feud.* *cap.* 7. *concl.* 57. *n.* I. *Quemadmodum etiam in supremo camerae imperialis iudicio decisum esse testatur GAILIVS 2. obf.* 151. *n.* I. *U-*  
*terini uero quia neque agnati sunt neque ex primo ac-*  
*quirente per masculos descendant, in successione hac*  
*feudali non tantum per germanum, sed etiam per fra-*  
*trem consanguineum, regulariter excluduntur, licet in*  
*feudo foemineo allegata ratio cestet, ideoque in hac ca-*  
*suis euenire possit, ut uterini fratres consanguineum ex-*  
*cludant, quem refert STRVV. dicit loc. n. 12.*

*Quid in fidei-*  
*commissis hic*  
*singularē?*

§. 6. Quid in *fideicommissis familiarum* obtineat, supra  
§. 7.

§. 7. dictum est. Illud vero hic etiam non præterendum, an stante statuto, sorores & feminas existentibus agnatis, excludente, consanguinei fratres a fraterna successione excludantur? Id quod vaide inter doctores controueritur, ut videre est ex iis, quæ tradunt MENOCH. vol. 2. conf. 187. & Tiberius DECIAN vol. 1. resp. 16. Vbi ille negatiuam, hic vero affirmatiuam sententiam defendit. Quod scilicet fratres utrinque coniuncti sint præferendi consanguineo tantum, etiam stante dispositione talis statuti. Quæ sententia posterior verior est per ea, quæ ad longum tradit & deducit iam dictus DECIANVS dict. resp. 16. a num. 20. usque ad num. 74. ubi etiam ad contraria respondet. Et inter cætera pro ratione dubitandi adfert, quod licet hoc statutum fauorem agnationis respiciat & consanguineus quoque sit agnatus, non tamen exinde sequatur, quod inter agnatos ordo succedendi, iure communi præscriptus, non debeat obseruari & rationem statuti esse, ut bona maneant in familia, obseruata autem iuris communis dispositione bona etiam in familia manere, ideoque nullam adesse necessitatem, ut tali statuto ius commune correctum esse dicamus. Neque verisimile esse, quod statuentes tali statuto germanorum conditionem deteriorem facere voluerint. Quod utique haud raro contingere, si consanguinei cum ipsis succederent. Nam v. g. frater germanus cum sorore germana defuncto fratri succedens, accipit dimidiam hæreditatis partem, verum si, sorore exclusa, vi talis statuti, fratres consanguinei forsitan quatuor aut plures simul admittendi essent, ipse quintam aut minorem partem acciperet, quod absurdum & a mente statuentium utique alienum esset, eandem quoque

E

fen-

sententiam tinentur KNIPSCHILD de fideicommissariis. cap. 9. n. 42. ibique citata, ea, quæ communior est, uti patet EX DECIANO dict. resp. 16. n. 49. ibique allegato Tiraquello.

*Quid juris in  
fratribus per  
subsequens  
matrimonium  
legitimatis.*

§. 6. Ea quæ dicta sunt de successione fratrum naturalium & legitimorum simul, qui scilicet constante matrimonio nati sunt, habent quoque locum in fratribus naturalibus legitimatis per subsequens matrimonium & in eorum liberis, nam & hi pariter admittuntur cum legitime natis & non facte, sed vere legitimati dicuntur per Nouellam 74. & Nou. 89. cap. 8. KNIPSCHILD dict. tract. cap. 8. n. 328. Ita, ut hi fratres legitimati etiam consanguineos & uterinos legitime natos a successione fratris sui germani excludant, argum. dict. cap. 8. & ex communione & recepta consuetudine in feudis quoque succedant, MYNSING. cent. 5. obseru. 42. GAIL. 2. obseru. 141. n. 2. etiam si primo acquirenti feudum concessum sit, für ihn und seine ehelich geböhrne Leibes Lehn-Erben. Hac autem non obtinent in fratribus legitimatis per rescriptum principis aut obligationem curiae. Hi enim soli patri succedunt, non aliis cognatis patris, neque ascendentibus, neque descendantibus, neque collateralibus patris, neque contra cognati patris huiusmodi legitimatis ab intestato succedunt, SCHNEIDEV. ad tit. Inst. de hereditate. quæ ab intestato defer. rubric de successione fratrum ex uno lateret tantum n. 37. Idque in feudis extra pugnam est, nisi nominatim ad feuda legitimati sint, idque in rescripto legitimacionis expressum fuerit, quamquam etiam alii legitimatis per rescriptum principis ius quoque fratribus & aliis collateralibus ius succedendi tribuant, uti tradit & præiudicio ex SCHVRERO allegato confirmat RICHTER de successione ab intestato. sect. 3. membr. 2. n. 1.

§. 7.

§. 7. Fratres naturales tantum & alii collaterales per lineam paternam coniuncti sibi inuicem non succedunt, quia nulla inter eos agnatio vel cognatio de iure intercedit, §. 4. *Inst. de success. cogn.* Nou. 89. cap. 4. De fratribus autem naturalibus tantum & vulgo quæsitis, qui sunt coniuncti ex linea materna, planum est, eos inuicem succedere siue omnes sint naturales tantum ab uno amasio extra matrimonium ex concubina suscepiti, siue mater eos ex diuersis amasis suscepit, siue unus sit naturalis tantum, alter vero per matrem ex legitimo matrimonio procreatus, item siue sint naturales in specie nati scilicet ex concubina, siue vulgo quæsit. Omnes enim ratione cognitionis ad successionem vocantur, SCHNEIDEV. dict. loc. rubr. *de success. fratr. collater.* tantum unus. 42. & seqq. RICHTER. dict. sec. 3. membr. 3. n. 1. & seqq. per leg. 2. & 4. ff. unde cognati, item §. 4. *inst. de succ. cognat.* Vbi tamen notandum, hoc, quod iam dictum est, fratres scilicet naturales tantum succedere fratribus suis uterinis aliisque legitimis collateribus maternis, procedere, quando scilicet alii legitimi in eodem gradu coniuncti non extant, RICHT. d. l. n. 5. per §. 7. l. dict. tit. & l. 4. ff. unde cognati. ubi etiam prædicendum adfert.

§. 8. Fratres autem incestuosí, nefarii & ex alio damnato coitu suscepiti ab omni successione repelluntur, quia eos neque lex neque natura agnoscit. Nullum enim ius consanguinitatis habere intelliguntur, neque liberi nominandi sunt respectu parentum, ideoque multo minus fratres & sorores, RICHT. dict. loc. n. 6. per Nou. 89. in fin. AVTHENTIC. Cod. de incestuosis & inutilib. nupt. Id quod verum est siue uterque defunctus scilicet & succedere

E 2

*Quid hic de-  
fratribus ex  
coitu damnate*

volens,

volens, siue alter tantum sit ex coitu a iure Ciuali damnato natus SCHNEIDEV. dict. l. n. 47.

*Quid si ad se  
fratris testa-  
mentum?*

§. 9. Fratribus & sororibus aduersus testamenta fratris & sororis si citra causam ab imperatore lustiniano in Nouella 22. cap. 27. enarratam fuerint exhereditati, turpesque personaæ a fratre vel sorore institutæ, querelam inofficiosi testamenti competere manifestum est ex §. I. I. b. 1. & l. 1. ff. uii & l. 27. Cod. eodem. Non tamen omnes indistincte ad querelam admittuntur, sed prius germani agere possunt; his non existantibus, consanguinei; uterinis vero non conceditur; melius siquidem faciunt, si se sumptibus inanibus non vexent, cum obtinendi spem non habeant, l. 1. ff. l. 27. Cod. b. tit. §. I. cod. Sed non indistincte frater aut soror veniunt 1) namque impeditur, si ipse eadem turpitudine laboret, quæ hæres scriptus, arg. l. II. Cod. b. tit. l. 47. ff. solut. marim. DONELL. 6. c. 15. dissentit STRVV. exerc. 10. th. 18. 2) propter ingratitudinem ex tribus causis in Nou. 22. cap. 47. Si tamen a germanis aut consanguineis per hanc querelam testamentum rescissum fuerit, illorum victoria & uterinis prodest, ut scilicet hi cum illis ab intestato, ad cuius causam res reducitur per hanc querelam l. 6. §. 1. ff. l. 34. v. testamento remoto Cod. b. tit. succedant, arg. Nou. 18. vid. ECKOLD. ad ff. de inoff. testam. §. 4.

*Quid hic turis  
adoptiui?*

§. 10 Filius adoptivus licer patri adoptio etiam extraneo succedat, ut supra dictum, tamen agnatis & cognatis patris adoptiui non succedit, nece contrario cognati & agnati patris adoptiui succedunt ipsi adoptio, l. pen. §. 1. v. & ideo sancimus Cod. de adoptionib. Nec distinguitur siue sint adoptati siue arrogati: nisi sint adoptati ab ascendenre in cuius potestatem transeant.

Nam

Nam tunc succedunt collateralibus agnatis tantum, non autem cognatis: ex illo scilicet capite, quod naturali coniunctione etiam coniuncti sunt, SCHNEIDEV. d.l.n.41. Elicet *unio prolium* adoptioni admodum similis sit, ut supra etiam dictum, in hoc tamen disconueniunt, quod filii uniti tantum ad hereditatem parentum supra memorato modo hinc inde vocentur, non autem ulterius se porrigit unio, quam, ut bona parentum utriusque matrimonii liberis & horum illis uniantur, atque communicentur RICHIUS de union. prol. c.9. n.47. ulterius autem frater unitus fratri unito non succedat, ideoque nominetur Einkeinschafft, nicht Einbrüderschafft, MUSCVL. de succes. anomal. claff. 1. membr. 3. num. 35. KNIPSCHILD dict. tract. cap. 8. num. 438. ubi laudati Authores tradunt, quod post primam diuisionem a morte parentum exspiret unio, nec quoad effectum successionis vinculum perpetuum pariat.

§. II. Plura de materia hac utili & quotidiana addi *Conclusio.*  
possent in specie, quid circa liberos *ex diuersis matrimoniiis procreatos* in puncto iuris *primogenituræ* uti & reuolutionis, quæ in multis finitimiis prouinciis locum habet, obtineat, sed quia hæ materiæ a TIRAQVELLO, STOCKMANNO, VOETIO & aliis plenissimis commentariis illustratae sunt & instituti mei ratio non est, eo ire usque: ideo pedem hic figo, beneuolum lectorem amice rogitans, ut ea, quæ pro ætatis ratione proposita sunt, æque bonique consulat.

ACCESSIONES EX DIFFERENTIIS  
IVRIS ROMANI ET GERMANICI

in

C O N I V G V M  
SVCCESSIONIBVS.

§. I.

*Causæ adpen-  
dicis.*

**T**Ecum sensi, perfecta lucubratiuncula tua,  
doctissime candidatæ. Sed cum nolles, id,  
quod scripseras, meis verbis paulo immutari at-  
que verti in formam, meis musis solennem a-  
amicamque; dabis tamen locum hisce ad tua ac-  
cessionibus, eofine a me scriptis, ut tam illustra-  
rem firmaremque tua, quam specimen darem  
nouum, in controuersiis forensibus vix metho-  
dum expectandam luculentiorem, quam do-  
ctrinas utriusque iuris differentiarum.

*Dissertationi  
fundamentum  
e communio-  
ne bonorum  
inter coniuges  
in Westphalia.*

§. 2. Est quidem tuæ dissertationi inscriptio de  
*successione liberorum ex diuersis matrimonii:*  
sed, postquam perlegissem eandem, facile de-  
prehendi, primum fundamentum & lumen pe-  
tendum esse ex patriæ tuæ & Latii differentiis  
in *successionibus coniugum & illa bonorum utri-  
usque coniugis communione*, curiis ac moribus  
Romanis omnino ignota. Non itaque tuis meli-  
us consuli poterit, quam ut doceatur; WESTPHALIAE & LATII hic diuersa instituta esse; iura non  
illos

illos respondere, sed confundere & perturbare, qui utraque discrimina vel cogere velint in harmoniam vel etiam explicare alterum ex altero vel, legum peregrinarum causa contrahere Westphaliae tuæ successoriam consuetudinem ad limites iusto arctiores & magis angustos. Quod omne quam iniuste fiat a celeberrimiis doctoribus, Carpzouio maxime, id quidem est, quod ostendi in *iuris Romani & Germanici differentiarum proemio* p. 4. atque in *iuris Lusatici & communis diff. 3. p. 14.*

§. 3. Quantum vero poterit fieri, sequemur *Quare ordinem Iustiniani. Quoniam iura successoria in institutionibus pleniori manu traduntur, quam in ipsis libris codicis & pandectarum. Accedit, quod omnino iuris studiosi interfit, ne Latii ueteris, medii & noui diuersos in successionibus ordines ignoret. Ita enim causas intellegit factæ rerum conuersionis & consultaene fuerint, an inconsultæ, peruersæ reique publicæ pernitiosæ. Imo clarum quoque tum & hoc erit, quod *coniugum illa communio honorum & successio*, quæ Latio inconcinna & tantum non improba, Germaniæ autem nostræ ex idoneis rationibus fuerit commendatissima.*

**DIFFE.**

## DIFFERENTIA I.

*Quæ discrimina inter suos & emancipatos?*

*Lib. 3. tit. 1. §.*

*i. ad verba:*

*Primum ad suos heredes.*

Romano iure hereditas principe loco pertinuerat ad liberos, in potestate patris constitutos, laborum quippe socios & adiutores quæstuum in re familiari (aa): quæ causa deest apud Germanos, quorum moribus liberi eo momento, quo curare possunt rem familiarem de patria potestate exeunt emancipanturque suo prorsus arbitratu. Ut adeo nulla hic inter suos & emancipatos liberos discrimina aut unius generis maior fauor, quam alterius in accipienda hereditate (bb).

*Qui sui heredes* dici, qui in potestate constituti sunt *decessoris paterna ex §. 2. Inst. de hered. ab intest. atque §. 2. Inst. de hered. qualitate clarum est.* Qui autem factum sit apud Romanos, quod ipsi inter liberos suos hoc fecerint discriminem, ut emancipatos excluderent a legitima successione vocarentque suos tantum l. 2. ex testam. C. modo liberi atque l. 2. nihil C. de usucap. pro hered. illud quidem grauioris omnino momenti & rationis parum cognitæ interpretibus. Nam exulat hic causa Tryphonini, quasi liberis ex voto nostro paremus opes l. 50. §. 2 ff. de bonis libert. exulat Pauli ratio, quod liberis debeat hereditas ex naturæ decreto l. cum ratio naturalis pr. ff. de bonis damnator. & epistola ad Galatas 4 vers. 7. aut, quod Papinianus dicit, naturæ simul & parentum commune votum liberos facere heredes l. 7. scripto sub fin. ff. unde liberi. Quoniam hæc Philosophia æque tangit liberos generis utriusque, siue emancipati sint siue minus. Deinde neque

que illud multum hic momenti habet, quod tamen hæc  
dilectamina, inter suos & emancipatos, leges iubeant san-  
ctissimæ & antiquissimæ XII. tabularum, quod affir-  
met Iustinianus §. 1. 2 Inst. de hered. ab intestato & §. 2.  
Inst. de hered. qualit. Quamvis enim illa reperiatur in  
corpo VLPIVNI tit 26. tamen rationem oportet adfu-  
isse, quare ex eo tempore conditores XII. tabularum  
exclusos voluerint *emancipatos* liberos, si quidem adfu-  
erint *sui*. Accedit, quod vix populi sine alii, quibus in  
deferenda hereditate discriminem hoc probatum inter *suos*  
*liberos* & *emancipatos*, ut adeo dubium non sit, quin ita Ad causas fini-  
gulares con-  
iecture,  
placuerit Romanis ex causa, non nisi grauissima. Et vero,  
inter alias forte, mihi quidem fuisse uidentur etiam hæc i) quia inter  
bona patris  
quæstus fa-  
eti a suis.  
Scilicet quam diu liberi in potestate egerant patris, non  
in turpi otio vixerant, ut potius, sub imperio ac iussu  
parentis, illos oportuerit exercere artes, probare in-  
dustriam, vigiliisque in negotiis, unde lucra & quæ-  
stus in re familiari. Plenior tum ex operis liberorum  
vel nepotum spes fuerat ad augendas opes paternas,  
cum nulla tum essent priuilegia peculiorum, sed, quic-  
quit acquisiuerant liberi in toga militiaque, id omne patris  
esset proprium eiusque accederet thesauris. Contra,  
quos liberos emancipauerat pater, illi vixerant & ac-  
quisiuerant sibi, non patri. Ut igitur fieri poterat, li-  
beros ad quadragesimum usque & plures quandoque  
annos in operis, patri præstandis, opibusque illius adau-  
gendi perfistere, imo senescere & immori: ita omni-  
no fuerat contra officium, mortuo patre, in accipien-  
da hereditate illos vel aliis postponi vel admitti eman-  
cipatos cum ipsis ad successorii juris societatem. Con-  
tra, cum emancipati iam sibi prodescent, non patri, nil  
que illis ad quæstum & compendia suæ, non pater-

næ familiæ, concilianda, obeslet, illi vero a patre ali  
menta iam accepissent & impenias alias, quibus o pus  
fuerat in descendis artibus ac disciplinis adeoque fatis-  
fecisset pater officio erga liberos naturali; quilibet iam  
intelligit, non absque graui iniuria huius generis libe-  
ros hereditare potuisse cum suis in substantia paterna  
neque emancipatos inique a patris hereditate fuisse ex-  
clusos. Si autem hoc, dices, potuisse itaque suum he-  
redem nuntium mittere patris hereditati, in tanta ege-  
state demortui, ut opes non responderent aeris alieno.  
Repono, neque hoc fieri potuisse ob patris infinitam il-  
lam in suis potestatem, in occidendo & exheredando l.  
in suis ff. de liber. & poſſib. qui propterea heredes illius  
fuerant necessarii, instar fere seruorum §. 2. Inſt. de hered.  
qualitat. Est ergo potius pro suis argumentum inde  
nouum, illos merito ad lucra hereditaria uocatos fuis-  
se patris fui, exclusis emancipatis, quoniam ad damna  
inde toleranda soli fuerint obſtricti. Accedit demum,  
quod pro voluntate paterna non aliae conieeturæ, quam  
ut illi, qui in familia & domo eius, qui domestici, qui,  
vivere patre, rerum familiarium quodammodo domini,  
§. 2. Inſt. de hered qualit. illius non tam hereditatem adi-  
rent, quam retinerent eandem l. si patronus 12. §. ult. ff.  
de bonis libert. neque aliquid ad extraneos, liberos scili-  
cket emancipatos, perueniret §. 2. Inſtit. de hered. ob inſt. Sed vero qui factum fuerit post, ut discrimina suorum  
liberorum ab emancipatis tollerentur, cap. nullam 4. Nou.  
118. illius pariter dabo coniecturas. Scilicet, ex quo  
tempore peculiorum priuilegia caſſrenſum, quaſi caſſrenſum,  
aduentitiorum irregularium, ceterorumque no-  
mina fingebantur, in quibus acquirendis etiam ſu li-  
beri non patri proderant, verum ſibi, instar emancipa-  
torum

1) *suis inde  
damna necessa-  
ria, ergo neque  
inuidenda lu-  
era.*

3) *quia sui non  
adierunt here-  
ditarem, sed  
retinuerunt  
eandem.*

**Quare discri-  
mina inter fu-  
os & emanci-  
patorum Romae  
ſublata?  
caſa i) patri  
peculia ſab-  
tracta ſuorum.**

torum; iamnunc parum supererat, quod, patris intuitu, inter utrumque liberorum genus interesset. Ut eodem certe in hereditatibus accipiendis iudicio omnes digni esse viderentur. Deinde postquam prætor <sup>suos</sup>  
2.) sūi porro  
non necessarii  
heredes- soluit, ne oporteret eos patris heredes esse necessario, verum declinare illis liceret paternam hereditatem, si quidem ex illa sibi metuerent damna §. 2. *Instit. de hered. qualitat. atque l. 57. necessariis ff. de adquir. heredit. noua iterum causa fuerat ad discriminem inter suos & emancipatos auferendum. Præterea cum Romanis moribus vix fieri posset, ut ex filiarum operis aliquid honeste posset acquiri: igitur his non hereditas videbatur deberi, sed alimenta tantum aut portio, quæ filiabus sufficeret ad victum & cultum. Hanc egomet causam existimo fuisse, quare filii, non autem filiae præteritio vitiauerit testamentum, quod ex iure veteri repetunt CAIVS lib. 2. tit. 3. §. 1. IVSTINIANVS §. 1. *Instit. de exhered. liber. porro VLPIANVS in fragm. tit. 22. §. 16.* Sed cum etiam hoc sustulerit discriminem inter filios quæstuum paternorum adiutores & filias otiosas Iustinianus l. ult. C. de liber. præterit. idque ex inani figmento, quasi veteris instituti autores naturam accusare aut punire voluerint, quod non omnes liberos generauerit masculos, cum tamen ipsi ad operas respexerint filiorum, quas filiarum otio prætulerunt: igitur nihil iam videbatur obesse, quo minus non & emancipati cum suis vocarentur ad hereditatis communionem. Atque haec tenus successionis inter suos & emancipatos discriminumque inter utrosque historia. Vnde facile ad intelligendum est, quam turpiter se dederit Tribonianus, quod illa ignorata, suorum iura comiscuerit cum emancipatis.*

(bb) Quod liberi, ex quo habiles facti sunt ad quæ-

*Quare apud  
Germanos  
nulla sint inter-  
fios & eman-  
cipatos discri-  
mina suc-  
cessoria?*

*Cur sim de pos-  
sessione here-  
dis sui & ex-  
iranti.*

stum, qui vietui cultuique eorundem poterat satis esse, a neutro parente retenti sint sub potestate inuiti apud Germanos, illud quidem monuit iam vir illustris, THOMASIVS in not. ad lib. 1. Inß. tit. 12. p. 66. Cum itaque causa primaria, ob quam suis heredibus ante emancipatos tanta prærogativa, eo ipso defuerit in Germania, quoniam vix ac ne vix quidem ibi contingit, ut pater ex operis filii sui ditesceret: igitur non solum inter suos & emancipatos filios in accipienda hereditate nulla apud Germanos discrimina fuerunt, sed etiam inconcinnum plane fuisset, hos Romanorum mores Germaniam imitari. Hinc valde dubito, utrum leges apud Germanos valeant, quas Romani scripsierunt de suis. Quid illi ipso iure sint heredes; quod hereditatem non acquirant, sed reineant, quod non repudient illam, sed tantum abstineant ab ea, VINNIUS ad §. 2. Inß. de hered. qualit. n. 3. imo, quod insuis per heredem, non iura tantum defuncti continuentur; sed etiam possessio, cetera. Quoniam causæ cessant priuilegiorum & condonii translati in suos apud Romanos. Nisi cum GARPZOVI lib. 3. decif. 225. n. 21. pluribusque aliis affirmare audeas, possessionem rerum hereditiarum ipso iure transire etiam in emancipatos, quod non solum verbis & rationibus aduersatur l. 23 ff. de acquir. vel omitt. poss. sed forte ex illo errore peruenit, quod discrimine inter suos & emancipatos, intuitu exclusionis ab hereditate, sublati, suorum etiam iura in continuatione possessionis communicata sint cum emancipatis. Quod tamen nullatenus dare possumus, cum leges etiam Germanici imperii in heredibus facta requirant uniuersim ad possessionem atque in ipso iterum possessorio summa-  
rissimum a summario & ordinario tam curate soleant distingue-

stingueret. Qua de re PFANKVCH de possessorio summa-  
rissimo & ante eum HAHNIUS de transitione possessionis in  
heredes, aduersus Carpzouii præcipue ad seclas, scripsit  
disputauitque ex instituto.

## DIFFERENTIA II.

*Qui primus ordo sucedendi sit coniugum?*

Romano iure *coniugum successio nulla* (cc) Lib. 3. rit. 1.  
ipsam dotem restituere oportuerat maritum u-  
xor is heredibus (dd), neque uxori *antidos*, si-  
ue donatio propter nuptias successionis ergo  
constituta, sed in *securitatem* tantummodo  
olim repetendæ dotis (ee); lucra autem con-  
iugibus successoria, non ex *lege*, sed vel ex *ri-  
tu confarreationis* (ff) aut *coemtionis* (gg) vel  
ex nuptiali *pacto* (hh) vel ex causa singulari  
*mendicitatis* coniugalis (ii): Germanorum ve-  
ro institutis inter coniuges bonorum com-  
munio est legitima (kk), non solum illatorum  
(dem von beyderseits eingebrauchtem) sed etiam  
acquisitorum ex quæstu (dem errungenen) (ll)  
ut adeo altera coniuge demortua, omne pa-  
trimonium & hæreditas, siue extiterint liberi,  
siue minus, ad superstitem solum deuoluta ef-  
se videatur (mm).

(cc) Olim certe *nullam coniugem habuisse successionem in Quare coniu-  
bonis hereditariis, pater ex titulo pandectarum unde ges in Latio  
vir & uxor.* Nam prætor motum se dicit æquitate, *a successione exclusi?*

ut, qui heredem facere non posset, daret tamen coniugi superstiti, ad iura successoria fisci excludenda, deficentibus liberis, parentibus, agnatis, cognatis, possessionem bonorum morterelictorum, id est, re ipsa successione. Ita enim ipse imperator in l. i. maritus C. unde vir & uxor scribit: maritus & uxor ab intestato sibi succedant, quories deficit omnis 1) parentum 2) liberorumque seu 3) propinquorum legitima vel naturalis successio. Fisco tantum ( a coniuge superstito ) excluso. Durissima quondam lex, vocatis etiam extraneis hereditibus, excludi coniugem, vitæ ac fortunārum participem idque diuino iure humanoque. Verum ad hanc iuris insolentiam plura sunt, quæ induxerunt ac permouerunt Romanos. Principio enim per diuertia Romanorum, quibus illis uxores suas vel ex leui vel etiam ex nulla fere aut certe non idonea causa dimiserunt, fieri non potuit, ut uxoribus vel communionem bonorum darent vel etiam stabilem hereditatis spem. Quam potestatem cum sibi etiam uxores in viris dimittendis sumfissent, his quidem, dici nequit, factam fuisse iniuriam. Ne igitur inseculo diuortio difficiles essent calculi in bonis aestimandis computandis & cuique coniugi adsignanda eorum parte: melius magisque consultum videbatur, ne commiserentur, verum coniugio soluto, quilibet tolleret id, quod intulerat. Deinde uxores, quæ moribus Italiz vixerunt, vix habuerunt occasionem ad faciendum quæstum in re familiari. Imprimis, quod maritorum æmulatio & suspicio non permisit mulieribus, ut vel in publicum irent vel negotiarentur domi vel sola solis libere loquerentur. Taceo, quod egus generis uxor se etiam fecit ita suspectam plebi, ut, vulgi iudicio, leui macula notaretur.

Ex.

*Causae i) Ro-  
mannorum di-  
uertia.*

*2) foemina-  
rum Italica-  
rum oria.*

Ex operis itaque solorum masculorum cum expectanda essent lucra, neque causa fuit, quare foeminae ad bonorum societatem hereditatemque admitterentur. Præterea pater etiam solus liberis suis suppeditauit ea, quibus iisdem opus fuerat ad cultum & vietum: contra mater ab hoc officio fuit aliena neque lege ulla ad suos alendum olim fuerat coacta. Igitur vitio verti non potuit marito, si uxorem, nullo onere grauem ex re familia-  
ri, de domo sua nudam dimisit. Accedit, quod neque matris sue heredes fuerint liberi pr. Inst. de SCto Orphitanio neque mater heres liberorum pr. Inst. de SCto Ter-  
tulliano. Ut adeo penes patrem sola potestas in libe-  
ros, facultas sola ex illorum operis & fortunis acquiren-  
di, spes liberorum ex opibus patris solius: uxori nihil,  
nisi verbum remansit, ob quod illa dici potuit mater-  
familias. Adderem inculsationes, quibus impetri solent  
ingenia italorum, ne lucri causa coniux coniugi strue-  
ret insidias heredipeta. Atque hæc pristini iuris cau-  
sa fuit, ob quam nulla coniugum apud Romanos suc-  
cessio. Cum vero maritus excluderit inde uxorem:  
neque ille sibi ius hoc potuit adrogare.

(dd) Fuit enim dos tam diu penes maritum, quam diu uxorem aluit. Matrimonio itaque dissoluto aut demortua uxore dotem restituere debuit maritus here-  
dibus uxoris. Id quod est testatissimum. Sic in l. un. §.  
6. C. de rei ux. act. verba sunt hæc: *I*llo procul dubio fer-  
uando, ut, si decesserit mulier constante matrimonio, DOS  
non in lucrum mariti cedat, sed ad mulieris heredes secun-  
dum sui naturam, transmittatur. Nisi pactis aliter con-  
uenerint inuicem coniuges, uti l. 19. C. de donat. ante  
nupt. atque l. 18. C. de iure Dor. Atqui etiam hæc exceptio-  
nes firmarunt regulam, uxoris heredes neutrubi suis  
fe

3.) ex maternis  
opibus nulla  
spes liberorum

4.) neque ma-  
tris aut auiae  
hereditas libe-  
ris.

5.) Italis fre-  
quentia assi-  
nia.

se maritos. Neque præter rem. Quoniam ne quidem uxor aliquid a marito accepit &, causa oneris matrimonialis remota, etiam dotis cessauit ulterior posses-sio.

*Quare a do-natione pro-pter nuptias excludit uxo-res?*

(ee) Donationem propter nuptias, dissoluto matrimoniio, non lucratas esse uxores, sed ab illis redditas heredibus maritorum, postquam receperant dotem, id quidem caret dubitatione. Quorsum euolui possunt l. ult. C. de donat. ante nupt. atque Nouella 91. nisi pactis aliter prouisum datumque uxori, ut, post dotem rece-ptam, etiam lucraretur propter nuptias donationem eamque vel totam vel illius aliquam partem l.9. ex mor-te C. de pactis conuentis super tote atque Nou. 97. Taceo, quod iuris rationes circa dotes & auditores seu ante nup-tias donationem prorsus sint eadem Nou. 97. cap. 1. Ut adeo, uxore dotem repetente, idem habeat maritus do-nata propter nuptias recuperandi.

*Qui effectus confarreatio-nis in connu-biis?*

(ff) Hæ quidem vetustissimi juris apud Romanos sunt reliquiæ. Scilicet, ut connubiis adderetur aliqua religio: aliqui coniuges in nupiis sacra fecerunt numini in farreo pane, inter que mulier in manum viri conuenie-bat. Vnde huic generi nuptiarum nomen est datum confarreationis, coniuges dicti sunt confarreati. Ex ve-teribus descripsérunt ritum hunc ARNOBIVS lib. 4. adu-gentes c. 17. VLPIANVS in fragment. iii. 9. Cuius verba sunt hæc: *Farre conuenitur in manum, certis verbis & te-stibus X. præsentibus & solenni sacrificio facto, in quo panis farreus adhibetur.* Idem BOETHIVS in topicis Tullianis. Quorum omnium plurimumque aliorum loca congregavit BRISSONIVS de ritu nupt. p. 109. 110. Hoc igitur ritu contræctis nuptiis, testimonio clarum est Ciceronis, Luiani, Macarii, quod tum communio fuerit bonorum inter con-

coniuges. Ut uxor audiret *condomina*, effetque inter heredes *suos* neque minori iure succederet marito in bonis, quod plene planeque docuit HOTOMANNVS de ritu nuptiar. cap. 26. Quare autem postea factum sit, quod noluerint porro *coniuges* ita confenire & *confarreari*, haud dubie evenit propterea, quoniam coniugum hereditates, hoc ritu stabilitæ, in concinna videbantur sequioris æui corruptelis, quas descripsimus supra l.ii. cc.

(gg) Quemadmodum Romani per imaginarias videntiones fecerunt alia plura: ita etiam contraxerunt hoc ritu nuptias. Exponat nobis illum BOETHIVS in laudatis topicis: Coemtio certis solennitatibus peragebatur & se in coemendo inuicem interrogabant, vir ita: AN SIBI MVLIER MATERFAMILIAS ESSE VELLET? illa respondebat, VELLE: item mulier interrogabat. AN VIR SIBI MATERFAMILIAS ESSE VELLET? ille respondebat, VELLE. Itaque mulier in viri conueniebat manum & vocabantur hænuptiae per coemtionem & erat mulier materfamilias, viro loco \* filiae. Idem SERVIUS lib. 4. Aeneid. & lib. I. Georg. Suppleat historiam harum nuptiarum Varro, interprete NONIO de propr. serm. c. 12. Ita autem ille: Nubens mulier tres ad virum ASSES ferebat. Vnum, quem in manu tenebat, tanquam emendi causa dabat marito: alium, quem in pede babebat, in foco larium familiarium ponere: tertium, in sacciperio cum condidisset, resignare solebat. Plenus de hoc actu BRISSONIVS de ritu nuptiar. p. 210. 211. 212. Idem hic ritus eosdem habuit iurium effectus in successionibus & hereditatibus inuicem accipiendis, qualem descripsimus in notula proxima *confarreationis*, quod commonstratum dedit HOTOMANNVS de ritu nuptiar. cap. 26. Omnia enim hoc loca veterum conquirunt, qui uxorem appellant rerum familiarium *condomini*,

*Q[uo]d coemtio  
onis effectus  
in connubiis?*

*Vtriusque op-*  
*nionis censura.* nami, sociam, inter quam & maritum nihil sit diuidu-  
 um, proprium nihil, sed communia utrinque. Ego,  
 quamuis non negem, tam in *confarreatis*, quam in *co-*  
*emtis nupiis* bonorum fuisse communionem inter con-  
 iuges, nego tamen illud, quod factum hoc sit intuitu  
 ritus alterutrius. Nam principio loca innumera sunt  
*HALICARNASSAEI lib. 2. c. 26.* *PLVTARCHI de præceptis con-*  
*nub. COLVMELLÆ lib. 12.* *VLPIANI in fragm. tit. 22.* *GEL-*  
*LII lib. 18. c. 6.* unde clare constat, temporibus verustissi-  
 mis uxores uniuersim in numero fuisse suorum here-  
 dum. Cum itaque auctores raro hic sigillatim loquan-  
 tur de uxore huius vel illius ritus, putauerim regulam  
*Terria nupti-*  
*arum species*  
*usu mulieris.*  
*annato.* hanc quondam fuisse generalem. Deinde, quæ de  
*nupiis*, ex *anno* cum muliere *usu* ac *contubernio* præ-  
 sumtis, contractisque cum ab *HOTTOMANNO cap. 22.* tum  
 a *BRISSONIO p. 208 sq.* scribuntur & quod eius generis mu-  
 lieres verbo *matrumfamilias* non sint adpellatae, illud qui-  
 dem facile largior. Verum quis non videt quæsto! factas  
 ita fuisse nuptias nonnisi rarissime adeoque non regulæ  
 nomen illas mereri, sed exceptionis. Abhorruit haud  
 dubie fœmina honesta aut virgo integræ famæ anno  
 spatio contubernalis esse viro, ei corporis sui copiam fa-  
 cere ac usum sub spe futuri matrimonii. Præterea  
 cum Romam nondum inuasissent corruptela *litt. cc.*  
 descriptæ in notula præcedente, nihil æquius &  
 naturæ decretis amicum magis fuit, quam thori sociam  
 bonorum quoque mariti esse consortem. Contra  
 nullus dubito, cum, præter duos *confarreatis* & *co-*  
*emtis* ritus nupiales, olim non essent alii vere ho-  
 nesti, eo inprimis sine nouos nupiarum modos in-  
 uenisse Romanos, ne ulla coniugum porro vel successio  
 esset vel bonorum communio.

(hh) Fuit

(hh) Fuit enim in cuiusque coniugis arbitratu, qua  
demum lege velet inire fœdus connubiale, adeo ut  
nuda etiam hic paœta pariant obligationem. Sunt ea  
de re integri tituli in pandectis de paœtis totalibus inque  
codice de paœtis super dote, antidote, paraphernis, cetera.  
Cuius enim intererat magis promoueri nuptias, illa  
etiam pars alteri concessit favorabiliora paœta connu-  
bitalia.

*Qui pactio  
succedere pos-  
sent coniuges.*

(ii) Sunt hæc beneficia longa recentiora neque in-  
consulta tamen. Cum enim coniux superstes pauper-  
eslet, decessor autem locuples; illi ad huius successio-  
nenem in certa parte cum liberis etiam locum fecerant  
Ita enim Nou. 53. cap. 6. fere concepta est: *Ad clementiam*  
*aptata lex. Videmus, licet bona mariti relicta multa sufruſu.*  
*Successiones*  
*coniugum ob*  
*mendicita-*  
*tem in sub-*  
*ſtantia quar-*  
*tae aut porti-*  
*onis filia iſu.*  
ſint, viuat tamen uxor superstes in egestate, cum omnia  
ſibi adrogent liberi. Sancimus igitur, huiusmodi uxorem in-  
dotatam in egestateque viuentem cum liberis vocari ad quar-  
tam ſubstantie defuncti partem. Quæ lex etiam viris fit  
communis. Ita tamen, ut non transcendat hæc portio cen-  
tum librarum auri quantitatem, imo, ſi filii fuerint plures,  
quam tres, filialis portio debeatur superficii uxori, non ta-  
men quoad proprietatem, ſed uſumfructum ad dies vite.  
quod addit NOVELLA 117. cap. 5. AVTH. præterea C. unde  
vir. Dubia in hoc argumento respondent KOHLIUS &  
post hunc a SOMERN de successionib. coniugum, FOERSTER,  
RICHTER, b. m. STRYKIVS de ſucceſſione ab intestato. In  
plerisque tamen desideratur lumen veteris Latii & Ger-  
maniæ institutorum ſedula & liberalis collatio.

(kk) Principio de causis patrii instituti & factæ in-  
ter coniuges bonorum communionis: post de exem-  
plis & mira omnium Germaniæ prouinciarum con-  
ſenſione. Eſt igitur imprimis hic attendendum, quod

*Quare apud*  
*Germanos bo-*  
*norum inter*  
*coniuges*  
*communio*  
*legitima?*

*Quia i) uxores non otiosæ, ut in Latio, sed assidue & laboriose.*

*testibus Tacito.*

Strabone

Varrone

uxores Germanorum in matrimonii non ad otia & delicias uocentur, ut in latio fieri diximus, sed ad operas, labores, quæstuumque causas in re familiari. Quapropter æquitas & ratio iubet, ut, quæ socia fuit operarum, sit quoque heres familiarium bonorum. *Pleine planeque de maioribus nostris testatur TACITVS cap. 17. de M. G. his quidem verbis: Ne se mulier (uxor futura) extra virtutum (laborum) cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsi incipientis matrimonii auspiciis admonetur. Venire se\* LABORVM periculorumque SOCIAM: idem in pace, idem in prælio passurum\* ausuramque. Hoc iuncti\* boues (utriusconiugis sub iugo trahendum & laborandum eodem), hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic viuendum, sic pereundum. Accipere se, que liberis\* inuolata ac digna reddat. Scilicet uxoris Germanicis eadem lex scripta fuit, quam exemplo Hispanicarum, Celticarum, in quibus ipsi etiam Germani Thracicarum, Scythicarumque mulierum comprobat STRABO lib. 3. circa finem p. 165. his verbis: Non virorum modo fortitudo ac labor, sed etiam mulierum. MULIERES enim agros colunt & cum pepererunt, suo loco viros decumbere iubent (quod ultimum forte ex ingenio additum auctoris) iisque ministrant. Inter operandum ipse se penumero infantes lauant & inuolunt. Narrant, fuisse aliquem, qui viros & mulieres conduxerit ad fossonem. Sed in his mulierem quendam, correptam doloribus partus, non longe ab opere digressam, edito foetu ad opus rediisse, ne mercedem amitteret. Idem de barbaris gentibus scriptum reliquit DIODORVS lib. 4. c. 7. quod foeminas quoque in laborum communionem soleant adsciscere; quod mulieres simul ac viri operas suas elocent pro mercede, cetera. Etiam VARRO lib. 2. de reruſic. c. 10. exprobrat id Romanis, quod foeminae*

mina eorundem indulgeant otio, exemplis barbarorum desidiam earundem executiendam esse, quæ in eadem, etiam puerperæ, industria & laborum societate cum viris & maritis suis persistant. Verba eius refunt hæc: *Qui in saltibus pascunt, bis mulieres solent adiungere, quæ sequantur greges & expediant cibaria eosque faciant assiduores. Eae mulieres in opere non quidem viris cedunt. Nam & ipsæ pascunt pecus, ad focum lingua adferunt, cibum coquunt. Eadem illis mater & nurix. Alunt pueros quandoque singulos iterum bimos. Ostendunt illæ foetas nostras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse leuuncidas ac contemmendas. Vix ab opere discedunt puerperæ apud barbaros, ut puerum non peperisse, sed inuenisse, putes. Quæ loca, si cum illis conferas, quæ de Romanis scemini superius litt. cc. p. 46. scripsimus, inter utrasque facile adparebunt differentiæ. Ob quas scemina omnino ab hereditate mariti vel excludi potest vel admitti ad eandem. Neque enim aliis fere moribus utimur etiamnunc, in locis Germaniæ illis, quos non infecerunt vel Latii vel peregrini populi alias corruptæ. Deinde, quæ apud Romanos diuertia fuerunt & libitines, viros mutandi & sceminas, pro cuiusque ausu & arbitratu, nullam ob aliam causam, quam ita placuisse, ut ne quidem coniuges inire potuerint parata, iuxta quæ neutri diuertere licet, sed matrimonio vinculum esset indissolubile atque æternum 1. libera 2. C. de mutil. stipulat. illa nec quicquam infecerunt connubia Germaniæ nostræ, licet olim paganæ. Certe mulieres Germaniæ a libidine diuertendi tantopere fuerunt alienæ, ut etiam damnarent, maritis demortuis, repetita matrimonia. Imo viduæ factæ vitam laqueo finierunt facilius, quam cogitarent de secundo matri-*

<sup>2)</sup> in Germanorum connubii diuertia nonnisi rarissima.

monio. Quæ huc pertinent fere conquisuerunt CLVERVS Germ. antiqu. lib. I. cap. 20. & 43. atque HACHENBERG dissert. 5. de nupt. Germ. §. 14. 17. Atque hæ causæ sunt, quare in vetustioribus legibus Francicis & Alemannicis ex eo etiam tempore, ex quo sacra Christi acceperunt, in diuortiis tolerandis patria nostra, ipso Latio aliisque regnis atque prouinciis, fuerit difficilior. Quod cum ita esset, diuortiorum metus impedire non potuit coniuges in Germania, quod tamen p. 46. 47. de Latio diximus, quin uiuerent in bonorum communione. *Præterea abhorrent quoque ingenia Germanorum ab affinitiis & manibus ficariorum clandestinis, partim, quod pectora circumferant aperta magis, quam ut, simulando amicitiam, vitæ alterius struere & parare possint insidias; partim, quod avaritiae ueneno non ita correpti sint, ut pro leui mercede aut aliqua lucri spe auident agere homicidas.* Vt adeo neque ex hoc metu dissuaderi potuerit bonorum inter coniuges communio. Maximum vero illud tandem est, quod moribus Germanorum vere dici possit, liberos etiam sub matris esse potestate neque illa solui facilis, quam paterna; ut ante nos scripsit docuitque vir illustris, THOMASIVS ad lib. I. inst. tit. 12. *Quemadmodum igitur libero-rum ante nihil proprium fuerat, quam emanciparentur, in peculiorum nescio quondam Latio: ita nihil impedit, quo minus idem fuerit in Germania verum de matris potestate. Quid? quod matri quoque sui id eo heredes sint, quibus in Garmania veteri eo certior spes in bonis maternis, quo testatum magis est, Ger-manos testamentorum suisse ignaros neque exemplum auditum, quod vel pater vel mater excluderint liberos*

4) matrum  
potestas in li-  
beros.

5) nullum a  
matre pericu-  
lum exhereda-  
tionis aux lae-  
stionis in legitimi-  
ma.

OMNIBUS  
SUEO

3) inaudita a-  
pud Germanos  
affassimia.

suos ceu naturales heredes a bonorum successione. Quod iterum Latio fuerat cauendum metuendumque ex bonorum inter coniuges communione. Tandem uti per veteris Latii instituta graue erat liberis, ut in patriis, ita quoque in matris potestate senescere illisque, non sibi & iuis acquirere: ita neque hoc metui poterat in Germania nostra. Vt supra p 44. iam est dictum eiusdemque, Germanorum emancipationes in ipso liberorum arbitratu esse, si quidem hi ad quaerendum vietum & cultum fuerint habiles. Ad extremum super p. 54. iam docuimus, quod mulierum secundæ nuptiæ Germanorum moribus damnatae fuerint numerataeque inter res execrandas & detestabiles, quod plenius ostendit CLVVERYS lib. I. c. 20. Quapropter neque bonorum communioni inter coniuges illud obfuit, quod, iterum nubendo, mater liberos destituere posset bonorum hereditate. Quod omnia si cum moribus veteris præcipue Latii contuleris, illud facile patet, bonorum communionem inter coniuges Romano iure omnino fuisse inconcinnam: quæ institutis Germanorum fuit commendatisima, quod iam nunc est ostendendum & commonstrandum.

(II) In nota præcedenti de rationibus est actum communionis bonorum inter coniuges Germanos: sequantur nunc leges & statuta ipsa. In his audiemus primum iure consulfos FRANCOS. Ita autem iustus VERACIVS in libello consuetud. Bambergens. part. 2. quæst. 1. 2. seq. de moribus istius regionis: *Communio bonorum inter coniuges longe aliter hic accipitur, quam apud Romanos eorumque in societate & de communi diuidendo & hercifcunda familia iudiciis. Hic enim re uera diuisa est res & nemo*

<sup>6)</sup> liberorum nulli sub parentium potestate quasitus.

<sup>7)</sup> in mulieribus iterata marriaonia cierata.

Pro communione bonorum inter coniuges plenisima leges Germanorum

1) Franco-

rum.

nemo possidet eam in solidum. Sed coniux Germanus quis totius patrimonii utrobiusque confusus est dominus & quæ uxoris fuerunt, iam & mariti sunt atque contra. Inconcinnum forte illud auribus est Latinis, unius rei plures esse dominos in solidum: sed his forte moribus uixerunt primi christiani, ut omnia essent omnium. Constituitur hec communio utriusque coniugis cohabitatione continuata per annum & diem. Intra hunc enim spatium habent deliberandi, utrum pacis sibi aliter velint prouidere. Sunt autem communia uniuersim bona omnia, mobilia, immobilia, acquisita & acquirenda. Mortuo itaque coniuge alterutro superstes dominium consequitur solitarie. Neque demortuo est integrum, aliter disponere in testamento. Neque liberis ulla legitima, quam post expectare debent a superstite. Ceterum superstes tenet soluere multam & aes alienum, quod coniux alter contraxit quocunque nomine & causa, quamvis supereret alteram partem. Vruius enim dominium fuerat idem, quam alterius & cuiusque in solidum, cetera. In reliqua Francia Franconiaque idem iuris fuisse, facile esset ad probandum sigillatum, nisi temporis ratio vela iuberet contrahere. Pulchra eius iuris causa legitur in der Landger. Ordin. des Herzogth. Franken part. 3. tit. 88. §. 2. his quidem verbis concepta: Dieweil beyde Mann und Weib in unserm Stift des Herzogthums Franken fast zugleich die Bürde der Ehe tragen und mehrtheils\* hartiglich arbeiten müssen, quod illis est concinnum, quæ supra scripsimus p. 52. De sveorvm hic moribus plura nobis sunt argumenta. Huc certe verba respiciunt SPECVLI SVEVICI cap. 46. Mann und Weib mögent nicht gehaben Gut gezweyet & cap. 34. Stirbt einer Frauen ihr Mann, sie bleibet in des Mannes Gut ungetheilet mit ihren Kindern. Quod etiam

<sup>2)</sup> Sueorum.

etiam monuit SCHILTERVS exerc. 41. §. 75. Eodem quondam iure usi sunt incolæ Wurtenbergici duca-tus, cum hoc respiciant verba des Landrechts part. 4.<sup>iii. 1. p. 426.</sup> Demnach des Erbrechts halben bishero viel Klug entstanden, bevorab, da die Cheleute einander succediret, ob gleich derselben zusammen gebrachtes Vermögen nicht gleich gewesen. Folglich entweder der überlebende Ehegatte oder die hinterlassene Kinder bevortheilet werden müssen, si scilicet lance rem hanc aestimemus iuris Romani. Addo Saeuica HALAE meæ STATVTA in constitutionibus diuersis, quas dabo ex codice MSCTO. Confirmatio Max. I. an. 1498. his verbis fere est concepta: Über den alten Gebrauch, Statt-Recht, und Herkommen zu Halle, nemlich das ein Ehegatt das andere an allen verlassenen Haabund Gut, Mannlehen allein ausgenommen, erbet, und des verstorbenen Vater, Mutter, Bruder, Geschwistrig, Be-freunde ausgeschlossen werden. Quæ enim post mutata sunt, ut in bonis mariti superstes uxor habeat eosque usumfructum den Beyßiz quoisque non iuerit ad secunda vota teneaturq; ideo tum ad diuisionem, illa huc quidem non adeo pertinent. Festinamus ad iura veteris THVRINGIAE. In illis Arnstadiense statutum in hoc argumento laudat Modest. PISTORIS part. 4. quest. 164. pr. p. 417. Idem olim in vetustioribus Thuringiæ ciuitatis Erfurthi, Mulhusæ, Northusæ aliisque in usu fuisse, docent me horum locorum inedita chronica & eius generis alia monumenta. Idem CARPZOVIVS de Salza, & Sangerhusa testatur part. 3. confit. l2. def. 6. n.s. SAXONES, ad quos nunc deuenio, quamuis iura successoria paulo immutauerint, olim tamen pariter inter coniuges bonorum habuisse communionem, illud quidem cum ex vetustiorum temporum monumentis constat, tum ex reliquiis, quæ in variis locis supersunt etiam.

<sup>3)</sup> Thuringiæ orum.

<sup>4)</sup> Saxonum.

nunc. Ipse speculator Saxo lib. 2. art. 31. his uictur verbis: Mann und Weib haben nicht gezweyet Gut zu ihrem Leibe. Cetera forte addita sunt ab interprete patrii iuris inuidio aut ignaro. Vicinorum ANHALDINORVM mores antiquos refert quidem, sed tamen & corrigit die Anhaldsch. Landes Ordin. iii. 45. Cuius verba sunt: Wir befinden aus täglichen Klagen, daß in unsern Landen viel widerwärtige Gewohnheiten enthalten, wie die Erbschafften pflegen genommen zu werden. Sonderlich wenn sich Todes-Fälle zwischen Mann und Weib zutragen, daß die Frauen so überbleibet, wie viel Kinder auch vorhanden seyn mögen, oder wie sonst ihre Habe ehe dem beschaffen gewesen, an etlichen Orten die Güter alle, an etlichen die helfste nehmen. Idem in BRVNSVICENSI quondam principatu & LVNEBVRGII sigillatim moris fuisse, testis est Hardewig a DASSEL ad consuetud. Luneburg. artic. 1. p. 149. Wie die Kinder weder Vater noch Mutter zur Theilung zwingen können, so lang sie in Wittumstand verharren. Idem verum est de urbe BREMENSI, ut ex uerustissimo & Carolo IV. probe coæquo codice mihi clarum est, quem msctVM adseruo in literaria suppelletili, quamuis etiam testis hic sit Modestinus PISTORIS vol. 2. conf. 2. in pr. De HAMBVRCO loquitur lib. 3. c. 3. art. 3. 4. & vetustissimus interpres, qui lingua veteri utitur Saxonica, quem habeo pariter mscium. Statuto LVBECFENSI insigne hic lumen, ut Germaniaæ propemodum uniuersæ, attulit MEVIVS part. 2. iii. 2. artic. 2. p. 349. De patria tua, candidate nobilissime eo minus est dubitandum, quo refinenter illa fuit in conseruandis pristinis institutis & quo plures hic testes a te ipso conducti & laudati sunt. Sigillatum de Mindensi, Osnaburgensi, Heruurdiensti, Hamensi, Susantensi, Monasteriensi, Fuldensi, Paderbornensi aliisque ciuitatibus mihi constat ex variis monumentorum reliquiis.

Qua-

3) Westphal-  
lensem

Quarum enarratio fieri nunc haud potest, quoniam tu abitum urges & finem expectas opusculi. Suppleat interim nostrum officium Iacob. Andr. CRVSIVS ad Stat. Mindens. artic. 16. 17. decif. 2. 4. Neque SLAVICA in Ger. 6) Venedo- maniz iura aliena fuerunt a bonorum inter coniuges rum. communione, quod facile est ad commonstrandum. Rexit inter Venedos dux transalbinus & iura Brandenburgica. Hæc autem voluisse, ut, ni aliter pactis profivum sit, coniuges bonorum colerent communionem, id quidem constitutionibus Marchicis usuque probant Andr. KOHLIVS in libello *coniug. successionib.* p. 156. seqq. quamvis maiora huic viro lumina fuerint, ex Latii legibus, quam ex indole patriæ institutorum, Idem Schepphius, Pruckmannus, Millerus aliquie, si lubet, facile euoluendi. De moribus ROSTOCHII idem tradunt COTHMANNVS vol. I. respons. 5. Jean. GOEDDEVS vol. I. Marburg. constl. 26. n. 90. & Michael GRASSVS in recept. sent. §. mortis consaq. II. n. 4. De BELGICARVM prouinciarum hic 7) Belgarum. iuribus ex instituto Petr. PECKIVS, Simon van LEEWEN, von SOMERN, a WESEL, Ant. MATTHEI & centum alii. Vnde clare esse possunt eius communionis inter coniuges reliquiae. Taceo regna Germaniaæ vicina, de quibus pariter conquerirerem auctores, nisi illa alium locum exigenterent. Ceterum vel ex his, quae dixi, omnino intelligi cum causa possunt, tum veritas ipsa, in Germania coniuges bonorum coluisse communionem. Consensio enim omnium prouinciarum pro voce haberri debet ipsius imperii Germanici: licet mores aliquae in hoc iure migraverint. Id quod factum esse scio vel ex legum Romanorum nimio cultu vel ex ignoratiis Germaniaæ & Latii coniugum liberorumque differentiis (mm) Supra p. 57. vidimus, quod, demortuo coniuge alterutro, sublataque bonorum communione, dominium eorum omne veniat ad superstitem, nulla portio-

Num, coniuge  
demortuo, ho-  
na omnia, sine  
superstitis,

nulla liberorum

ne hactenus adsignanda liberis. Quod si vel viduus vel vidua ad secunda vota iuerint, tum demum prouide apud Germanos est constitutum, ut liberi segregentur da familia parentis, non omni facultate nudi & pauperes, verum certa parte instruti bonorum. Liberi itaque, segreges facti semel, porro non habent, quod ex lege urgeant spem aut iura *nouae hereditatis*, siquidem deceperit parens, qui semel illis prospexit opibus in familia separatione. Est enim adsignata portio illis instar *legitimae* parentis adsignantis, non alterius, qui morte fuerat praeventus. Adeoque vinculum consecutionis est firmissimum, liberos segreges (die einmahl abgetheilte, abgefundene und abgesonderte Kinder) porro nihil habere, quod vel a parente, post nouas nuptias, vel etiam a liberis inde pronatis expetant aut expectent, a quibus ille omnino seiuenti sunt factique *dissortes*. Contra ultimi matrimonii liberos solos & parentibus suis & sibi inuicem succedere, exclusis aut non attentis prioris thori filiis aut filiabus, segregibus, separatis & dissortibus. Quod facile mihi quidem videtur tam ad probandum, quam ad respondendum opposita argumenta. Principio enim superstes coniux, exempli loco, *uxor*, nam idem de marito iudicium, ex quo maritum amisit, necquam diuidere cogitur bona cum liberis aut herciscere familiam p. 58. quod olim apud Romanos factum, ubi uxor tantum habuit filialem portionem unumque numerum absoluit inter heredes suos. Contra, mortuo marito uxor superstes retines sub sua potestate & familiam uniuersam & familiaria bona, usque dum iuerit ad secunda vota. Ex in numeris Alemanniae statutis, laudabimus unum. Ita enim CODEX meus BREMENSIS MSCT. sit. 5. §. 2. Wor two Lüde thosamien kommen Mann und Frauen in echtschup und Kinder, winnennt, so welche

*Affirmatur.*  
*Quoniam i) uxor cogi ne-*  
*quid ad diui-*  
*dendum cum*  
*liberis.*

öhre eber steruet, de heeruet, den andern. (Demortui itaque coniugis bona superstitionis sunt, non liberorum) Steruet de Mann allererst und holt sic de Frauwe wol und ehrlichen nach öhret Mannes dode: de Frauwe schall mit öhren Kindern freylichen sitten an Erue und in allen Gütern. Ita scilicet, quam diu nullum periculum ab uxoris prodigalitate, tam diu nequeunt liberi urgere uxorem ad illis adsignandam bonorum portionem p. 58. Quod haud dubie fieri posset, si bonorum altera pars, iure mariti seu patris sui, liberis obuenisset. Deinde cum superius & alibi iam sit dictum probatumque, quod matri non minus sit in liberos potestas, quam patri. Itaque in bonorum iudiciis eodem utriusque digni esse videntur. Et tantum abest, fieri non posse, ut liberi acquirant matri, ut bona eorum sint etiam matris: quam testatissimum est ex p. 41. quod haec commoda ante fuerint patris, quam Romae nomina audirentur peculiorum. Porro non videri debet, quasi matria potestatis otiosa tantum sint verba apud Germanos. Nam pariter & matri incumbit, ut alat liberos, ut impensas faciat ad honestas artes ac disciplinas, ut doret & quidem, ut olim, TACITO auctore cap. 17. mores fuerant, tam filios suos, quam filias. Dass die Mutter sich angelegen seyn lasse, ihre Kinder zu unterhalten, solche zu erziehen, zu Erlernung etiwas redliches anzuhalten, selbige, wenn sie zu Ehren schreiten, auszustatten und zu versorgen. Non igitur matri, quæ, inaudita certe apud Romanos, onera habet, inuidenda sunt commoda solitarii dominii. Quod cum ita sit, iure meritoque ex eo tempore, ex quo mater secundis votis se obstringit liberosque segregat a se, adsignata cuique bonorum parte, horum intuitu, dicitur mori & vinculum extingui familiz, quo eosque constriet.

<sup>2) liberi sub  
maris non mi-  
nus sunt pore-  
state.</sup>

<sup>3) matris o-  
nera alendi  
& dotandi, i-  
gitur etiam  
commoda ple-  
ni dominii in-  
star patris.</sup>

<sup>4) iterum nu-  
bendo mori  
dicuntur con-  
inges.</sup>

*f) viduae cum secundo marito bonorum iherum communio.*

*Dissolutio coniuriorum.*

*Quia 1) defitisa vel pairis legitima vel matri.*

uixerunt, ita COTHMANNVS vol. 3. cons. 47. n. 79. Præterea cum in locis, ubi bonorum inter coniuges est communio, nulla lege vidua prohibetur, ne & illa his moribus ineat secundas nuptias atque alterum maritum omnium bonorum suorum faciat participem: haud dubie ita causæ intelliguntur diuisionis bonorum factæ & segregationis liberorum ex priori thora ex causisque illis vinculum consecutionis hoc quidem, segregatis liberis postea in bonis maternis siue cum matre ipsa agere velint siue cum secundi matrimonii liberis, difforribus scilicet & unilateralibus fratribus suis aut fororibus, nil quicquam iuris porro superesse. Taceo alia, quæ ipse in exhibita mihi dissertatione concessisti. Iam binis verbis audiemus contra sentientes, quorum augumenta breuiter etiamnunc respondebimus. Principio aiunt, deesse ex nostra doctrina liberis suam legitimam vel patris intuitu vel matris. Quod si enim adsignata in segregatione portionem mater ponat loco legitimæ, clarum esse eandem haberri non posse pro paterna. Repono. Neque veteris Latii iure duplœ liberis fuisse legitimam, verum sufficiisse patris solius: quia bona matris lex non liberis adsignauit, sed eius consanguineis, quod dictum p. 47. Igitur idem tolerandum in Germanorum institutis. Deinde in sensu iuris naturalis legitima portio hæc est, quæ sufficit liberis ad cultum & viuetum. Atque hoc sensu, quem Germani usu etiam adprobant alibi, ut ostendi in Trebelliana exule cap. 4. segm. 2. §. 2. 3. 4. satis est, si liberi habeant legitimam id est alimenta a parente tantum alterutro. Taceo, quod legitimæ, in liberis educitis & emancipatis præsertim tantus fauor non sit, quoniam liberi apud Germanos raro aut nunquam parentibus prorsunt ad quæstum rei familiaris, ut dixi p. 55. quorsum tamen in fæctionibus legi-

legitimæ digitum intendit Roma propterea que nulla olim in officiis aut defientis legitimæ querela emancipatorum. Ut adeo parens Germanus suo erga liberos officio satisfecisse videatur, si educauerit eos formaueritque, ut habiles ipsi essent ad quaerendum vi-  
 etum & cultum possentque ita emancipari. Post ad-  
 ferre solent exempla, quibus fieri aliter non possit,  
 quam ut liberi in demortui parentis facultatibus ma-  
 ximopere cederentur bonaque aduersus naturæ decre-  
 tum deferrentur ad extraneos. Finge enim patrem  
 habuisse 1000. in bonis: matrem vero pauperem, suisse  
 & bonis nudam. Mortuo patre nihilominus matrem  
 accepisse 5000. & decem superstites liberos totidem, id  
 est, singulos 500. imperiales aut, quod idem est vige-  
 simam paternorum bonorum partem. Si itaque ma-  
 tri, binubæ dimidiā suam liceret totam vel nouo ma-  
 rito vel liberis secundarum nuptiarum deferre: plus  
 accipere de bonis paternis extraneos heredes, quam su-  
 os. *Repono.* Ex quo bonorum inter coniuges Germa-  
 nis placuit communio, quod fere CAESAR lib. 6. cap. 19.  
 dicit etiam in Gallis: frustra disputatur, num aliquid  
 inde potuerit evenire, quod minus esset consultum.  
 Certi Germani singularem habuerunt rationem fidei  
 coniugalis vulgique sermone dixerunt, ubi corporum  
 & animorum communio, quidni etiam ibidem com-  
 munio bonorum, Mann und Weib ein Leib: Wem  
 ich meinen Leib gönne, dem gebe ich auch mein Gut,  
 Imo satis esse poterat liberis, si quidem illis de victu  
 cultuque utriusque parentes fuerunt obligati. Taceo,  
 unius exempli fortunas, compensandas esse cum fortu-  
 nis aliorum. Quid enim? Si matri ingentes fuerint opes,  
 pater contra bonis nudus & pauper. Nihilominus  
 certe matrem binubam carere oportuit altera bono-  
 rum suorum parte, liberis primi matrimonii per legem  
 hanc

<sup>2)</sup>laedi pos-  
sent ira liberi  
maximopere.

hanc adsignata. Plura essent, quæ dici possent, sed, breuitatis gratia, ne adpendicis excedam mensuras, si-  
lum hic abrumpo.

*Pervoratio.*

Habes itaque mea ex differentiarum doctrinis lu-  
mina, quibus tua volui collustrare. Facile enim  
intelliges, ex communione bonorum venire successi-  
ones coniugum solitarias; ex his ante secundum ma-  
trimonium liberorum segregaciones; hinc fieri deinde,  
quod ex diuersis matrimoniis exheredes sint fratres  
sororesque dissortes. Id, quod erat commonstrandum.  
Ego autem, canditate nobilissime, non pos-  
sum te sine testimonio dimittere integræ fidei, mo-  
rum probitatis studiique collocati in addiscenda juris  
prudentia. Est tibi præ aliis quamplurimis ingens  
felicitas, quod patrem habeas, virum doctissimum &  
munerum amplitudine nobilissimum, quo duce ea,  
quae in academiis didicisti, nunc ipso usu potes cog-  
noscere & in forensibus negotiis experiri. Det DEVS,  
ut vir in Westualia foris celeberrimus meritissi-  
musque rebus humanis diu superfit, præsitque iudi-  
cio curiali, quod CANCELLARIAM dicunt, cuius præ-  
sidem agit & directorem grauissimum. Ita enim fiet,  
ut tuæ quoque fortunæ magis magisque crescant ad-  
augeanturque. Faxit NVMEN, ut patriæ tuæ olim  
patris referas exemplum atque imaginem fisque &  
nominis heres & insignium meritorum. Vale.

*Tuis commodis*

*addictissimus*

Halæ Venedor.  
kalendis Octobris cœloœccciv.

I. P. Ludewig, ICT.  
F I N I S.


Halle, Diss., 1714 (A/L)



3

Sb.





1714/10  
10e

*Q. D. B. V.*  
DISSERTATIONE IN AVGVRALI  
Differentias iuris  
Romani & Germanici  
IN  
**SVCCESIONE  
CONIVGVM**  
ET  
**DISSORTIVM LIBERORVM,**  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,  
**CAROLO,**  
PRINCIPĒ PORVSSIAE, CETERA,  
IN FRIDERICIANA,  
PRAESIDE  
**D. IOANNE PETRO LVDEWIG, ICTO,**  
REGI A CVRIALIBVS CONSILII, PROFESSORE IVRIVM ET  
HISTORIARVM ATQUE MAGDEBURGICI TABVLARII ARCHIVARIO.  
**PRO DOCTORIS PRIVILEGIO,**  
RITE CONSEQUENDO,  
RESPONDEBIT  
**IOANNES WILHELMVS BLECHEN,**  
ALTENA WESTPHALVS.  
DIE IV. MENSIS OCTOBR. C<sup>15</sup> CCCXIV.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
TYPIS EMANVELIS SCHNEIDERI, ACAD. TYPOGR.

Recens<sup>a</sup> C<sup>15</sup> CCC XLVI.

(9)